Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Specimen juris gentium inaugurale de collegiis archithalassicis

https://hdl.handle.net/1874/340455

SPECIMEN

JURIS GENTIUM INAUGURALE

# DE COLLEGIIS ARCHITHALASSICIS.

9.

# SPECIMEN
## JURIS GENTIUM INAUGURALE
# DE COLLEGIIS ARCHITHALASSICIS

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS ALEXANDER VAN DIJK,

*Amstelodamensis.*

PHILOS. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCTOR,

A. D. XXVI M. SEPTEMBRIS MDCCCXLV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCXLV.

# CAPUT PRIMUM.

## DE JURE CIRCA COLLEGIA ARCHITHALASSICA IN PATRIA NOSTRA.

Jam saeculo 15° incolae patriae nostrae ad littora habitantes praedis maritimis faciendis valde operam navabant celeberrimique erant Frisii et Zelandi. Praedones proprie non erant sed piratae (ut semel hoc moneam: v. *praedonis*, intelligo *corsaire*, *kaper*; v. *piratae*, *pirate*, *zeerover*).

De frequentia piratarum in patria nostra cf. locus apud *Schotanum* in Tablino der geschiedenis van Friesland, p. 20, qui refert, nobilem Jonker Kene van Broekmerland, Frisiam Orient. occupasse, hominesque fecisse »zeeraweren.'' Igitur foedus contra illos piratas factum fuit inter Hanseaticas et nostras civitates. Obiter moneo ex *Grotio*, quum bellum a° 1438 nostratibus esset cum Lubeca aliisque civitatibus ad mare Balticum et Albim sitis, »frequente senatu judicatum esse, etiam in hostium navibus repertas merces, quas aliorum esse con-

staret, in praeda non cedere 1)." Igitur haec regula antiqua est. Grotius eam non esse accipiendam censet pro praesumtione juris et de jure, sed tantum pro praesumtione quae validis in contrarium probationibus elidi possit 2); sed ea postea in contrariam partem versa est, ut nunc vulgo valeat »hostili nave, merx hostilis."

Caeterum in nonnullis Grotii edit. legitur annus 1338; sed restitui debet 1438, quia constat, integro fere saeculo post, Curiam Hollandiae demum instituisse Philippum Burgundum 3). Sententia illa curiae, quam memorat Grotius, Bijnkershoekii fugit diligentiam; sed ut hic dixit, ita nos, facile Grotio affirmanti, etiam sine sponsore credimus.

Sed illi piratarum licentiae, ineunte saeculo 15° medicinam tulerunt Comites: sanxerunt, praedones auctoritate publica munitos esse debere ut enavigare depraedarique possent. Sic Philippus I. Burg. mandatum dedit duobus Amstelodamensibus, a° 1439, quo iis permisit hostes depraedari; aliosque jussit subditos his viris obedientiam praestare, neque sine horum consensu praedatoriam exercere: contumaces puniendi auctoritatem iis concessit 4). Idemque, a° 1440, subditos praedatoriam agere vetuit, quia multae oriebantur querelae de amicis navibus injuste captis 5). A° 1441 navis Anglo cuidam injuste capta fuit restituta 6). Auctoritate publica instructos

1) *Grotius*, J. B. et P. III c. I, 95, n. 4 in not.

2) Id. ibid. c. 6 § 6.

3) *Bijnkershoek*, Q. J. P. I, c. 13.

4) *De Mauregnault*, Juridique Observation, n. 56.

5) Id. ibid. n. 59.

6) Id. ibid. n. 62.

esse oportere, jam saec. 14 inuente, apud alias gentes sancitum fuerat 1). Sic jam praevalere coepit doctrina »non singulis esse concedendum, quod per magistratum publice fieri potest, majoris mali vitandi causa." 2)

Legem nauticam antiquissimam tulit Carolus Audax a° 1475: modum definit instructionis navium mercatoriarum, et quinam essent praefecti (Admiraals) sancit. Hisce jurisdictio, quamdiu in alto navis esset, data fuit 3); sed haec lex non erat perpetua; nam expeditione finita, vigere desinebat: et sic jurisprudentia rerum maritimarum erat vitiosa. Et sane difficile erat abusibus a praedonibus commissis medicinam afferre. Nam praedonum naves magnam partem classis efficiebant, nautae peritissimi ea in schola formabantur. Nostro aevo aliae quidem notiones obtinuerunt, licet, neque vel nunc, opinio illa de praedonum utilitate radicitus explosa sit 4). — Porro tribunalia non erant quae judicarent de delictis piraticis et praedatoriis, Ante concilia bellica instituta (admiraliteiten), rerum terra marique gestarum cognitio penes solum erat principem vel ejus curiam. 5) Tandem principes hoc tempore tutelam navium in alto valde negligebant. Non id ita intellectum volo, quasi Comitum fere nulla fuisset auctoritas in rebus maritimis: nam contrarium patet ex exemplis quae affert *Idsinga* 6). Nonnulli dixerunt non principes dumtaxat, sed et populum,

1) *Martens*, essai sur les armateurs, etc. c. 194 in not. 7.

2) Cf. *Pestel*, comm. de rep. Bat. § 394.

3) *Commelin*, Beschrijving v. Amsterdam, p. 915.

4) Cf. *Berg*, over de afschaffing der Kaapvaart.

5) *Kluit*, primae lineae collegii diplomatico-politico-historici, § 468, 415.

6) *Idsinga*, Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden, II. p. 106 sq.

neque populum tantum, sed et suo aere urbes sua bella gessisse. Sic doct. praeses *Bijnkersh.* Quaest. J. P. I. 23 p. 163. Sed salva res est: videsis clar. *Kluit* in prim. lin. collegii diplomatico-politico-historici. § 490. Praefecto maritimo Comites creabant, ut supra jam vidimus: vel etiam praesides (stadhouders) provinciae nomine Comitum 1). Neque placet opinio eorum qui statuunt, urbium in rebus maritimis majorem fuisse auctoritatem quam Comitum. Nam exempla sunt, quae ostendunt, subditos illos qui detrimentum afferebant aliis, licet hostibus, severe fuisse punitos. Sic in epistola quadam Comes Guilielmus VI. d. 18 Junii 1413 civibus urbis Brouwershaven condonat omnia crimina quae commiserant in se: et quare? quia sine ejus auctoritate, navem, vi majore in portum hujus urbis advectam, onustam mercibus quae erant Scotorum »siner vyanden" ceperant et inter se diviserant 2). Porro ii qui se ab urbibus laesos esse existimabant, v. c. navibus injuste captis, provocabant ad Comitem, vel ejus gubernatorem et Curiam Hollandiae; ut patet ex exemplo e Grotio allato, supra memorato. Si igitur urbes propriam de rebus maritimis habuissent jurisdictionem et auctoritatem, ad illarum judicium provocassent laesi.

Alia multa vide apud *Idsingam*, l. l. p. 109. Ad argumentum revertamur.

Abusus igitur quum in diem crescerent, regnante Maximiliano, (quia huic vel adversariis auxilii ferendi praetextu utebantur, quo piraticam exercerent) his malis fi-

---

1) *Mieris*, Charterboek p. 222, 370, 398.

2) Id. ibid. p. 236 in f. pag. 606 caet.

nem imponere voluit ille. Quod indicat Maxim. in Edicto his verbis »ter beteugeling der selve, die, onder dekzel van oorlogen en divisien, die bevorens in deze landen geweest waaren, en als nog regneerden, uit eygener auctoriteit zich aanmatigden, scheepen ter zee te waapenen, en te equiperen" caet. In Anglia a° 1414 1), in Gallia a° 1400 2), legg. de hac re jam latae fuerant. Igitur edictum tulit Maximilianus, d. 8 Januar. a. 1487, quod memoratu dignissimum est, quia tamquam fundamentum considerari potest institutionis collegiorum archithalassicorum, quae postea libera republica viguerunt. Magna in hoc edicto potestas tribuitur praefecto, Ammirali dicto: quare non improprium videbitur, quaedam de hoc praemonere.

Origo tituli Ammiralis petenda vid. ex vocabulo Arabico, *Amir* vel *Emir*, i. e. domino, quod Saraceni de quibusdam ducibus usurpabant, praesertim maritimis 3): tempore expeditionum cruciatarum in Europae linguas vocabulum transiit.

Apud nostrates titulus repetendus est cum *Grotio* a privatis societatibus mercatorum, »in quo genere," ait, »comprehenditur et bellica societas, qualis illa apud nos frequens navium privatarum coitio adversus piratas aliosque invasores quam vulgo Admiralitatem vocant 4)." Eodem auctore *Grotio* legg. cautum fuit, sine navibus bellicis mercatorias alto haud committere 5). Privatae

---

1) *Statutes at large*, T. I, p. 491.
2) Recueil de *Fontanon*, tom. III, p. 10.
3) *Dufresne*, Glossar. med. aevi in v.
4) *Grot*. J. B. et P. II, 12, § 4.
5) Idem, Inleyding tot de Holl. Rechtsgel. III, 22, § 3.

igitur erant illae admiralitates, sed paulatim Superioris consensus absolute requirebatur, ut patet ex foedere inter nostrates et urbes Hanseaticas aº 1438: nam Comitem Hollandiae, in illam Admiralitatem, quam inierunt urbes ad mutuam contra piratas defensionem, consensisse constat 1). Multa tamen postea ex privatis in publicas admiralitates transiisse, manifestum est ex collatione instituta illorum quae recenset *Grotius*, Introd. l. l. § 5 cum Placit. O. O. G. G. 9 Apr. 1603 art. 1, 46, caet.

Durabant hae privatae admiralitates adhuc aetate Caroli V, ut indicat mandatum quod dedit sorori Margarethae: »zullende de steeden laten by hun gebruik in tyde van nood, en als de zaken geen uitstel leyden, hun te water te waapenen, en schepen van oorlogen uit te rusten 2).” Satis ex his patet origo Admiralitatum. Sed quaestio est num privati potuerint propria auctoritate Admiralitates instituere, ut nos docet Grotius? Contrarium liquere videtur ex iis quae leguntur apud *Idsingam*, virum juris publici patriae peritissimum. Ille fidem Grotio denegat, pluraque citat decreta (commissiën), quibus Comes praefectos (Capiteins) jubet naves mercatorias cum bellicis tueri. Qualia sunt commissio ducis Johannis Bavarici, d. 19 Sept. 1421 3), item ejusdem, d. 12 Maji 1423 4); quod ultimum diploma imprimis Grotio adversari vult Idsinga 5). Quid de hac re sit, docti de-

---

1) *Beka* apud Matthaeum Anal. III, p. 336.

2) *Bor.* XXI, p. 7.

3) *Mieris*, Charterboek IV, p. 600.

4) Idem ibid. p. 677.

5) *Idsinga*, l. l. II, p. 107.

cernant: ego unum tantum objiciam: si Grotius vera non dixerit, quid est dicendum de fragmento ex *Borrio* supra allato?

---

In patria nostra prima mentio vocabuli Ammiralis facta esse vid. a° 1398, quum dux Albertus in expeditione contra Frisios duos Ammirales creavit, *Joannem ab Heenvliet* et *Gerardum ab Egmond* 1). Illis summum imperium tribuitur in omnia ducis flumina: milites congregare poterant: nemo nisi consensu Ammiralium in Frisios arma instruere poterat. Omnia quae ex expeditione lucra caperent Ammirales iis cedebant: sed eodem modo damna ferebant. Res et captivi quos acquirebant etiam eorum fiebant, exceptis tantum castellis, regionibusque, quae duci cedebant 2). Sed haec dignitas quum temporalis esset, pacis tempore rerum maritimarum nulla inspectio curave erat.

Quadraginta ab hinc annos hoc Ammiralis vocabulum non usurpatum legimus, et praefecti vocantur »Kapiteins en Hoofdmannen" 3). Sed medio saeculo 15°, rursus haec dignitas instituta fuit, et potestas Ammiralibus data aucta. Utile visum est, praeesse rebus maritimis virum conspicuum majoribus, divitiis et virtutibus, qui perpetue curam earum gereret, facinora in mari coerceret, caet. Summam illam dignitatem tenuerunt *Henricus van Borselen* ex domo *ter Veere*, ejusque filius *Wolfart*: post eos hujus gener Philippus, Adolphus, Maximilianus,

---

1) *Schwartzenberg*. Charterb. von Friesland I, p. 267.
2) *Mieris* I. 1.
3) *Idsinga*, II, p. 100.

e gente Burgunda oriundi 1), et ultimus ante liberam remp., comes *de Hornes*. Edictum Maximiliani instituit Ammiralem generalem, sed Hollandia ejus jurisdictionem nunquam absolute agnoscere voluit.

Hollandiae O. O. dicebant auctoritatem illorum Ammiralium generalium, repugnare provinciae privilegiis: gubernatorem provincialem fuisse semper Hollandiae ammiralem, generali illi non subjectum 2). Juxta illum erat Concilium, quod de rebus maritimis judicabat. (Stadhouder met zyne Raden) 3).

Fundamentum, quo haec Ordinum nitebatur in res navales potestas, inde videtur repetendum, quod antiquissimis temporibus, ut vidimus, naves bellicae, ad depellendas hostiles naves et ad mercaturam tuendam, parabantur a singulis urbibus maritimis. Hae urbes paulatim in Ordinum coetu magnam obtinuerunt auctoritatem: semper consulebantur, sine earum consensu nunquam fere naves instruebantur 4): jus habebant statuendi de contractibus res maritimas spectantibus coram judice ordinario, item de delictis maritimis praedisque; quamquam ab harum urbium sententia appellari posset ad Gubernatorem et Curiae Hollandiae Consiliarios 5). — Hoc negotium subinde cum O. O. commu-

---

1) De illorum fatis v. *Ermerins*, Oudheden van Zeeland, III. *Idsinga* l. l. p. 110 sq.

2) *Aert van der Goes*, *Register* v. *Holland ad a.* 1536, p. 253, 262, 269. *ad a.* 1537, p. 277, 279, 282, 285 caet.

3) *De Jonge*, Geschiedenis van het Nederl. Zeewezen I, p. 69.

4) *Registers* van *Aert van der Goes*, ad a. 1535, p. 242. *Bor*, IV, p. 179.

5) Idem Ad a. 1540, p. 309. ad a. 1542, p. 343. *Resol. v. Holl.* 29 Nov. 1562, 24 Juny 1563 caet.

nicatum est, et sic paulatim factum est provinciale: deliberatio erat penes O. O., exsecutio vero venisse vd. ad Gubernatorem, qui illud cum nonnullis Curiae Consiliariis, ab ipso designatis, exercebat. Vide *Resol. v. Holland*, 26 Sept. 1565, p. 34, ubi legitur: »ten voorsz. dage gevisiteerd zynde 't Concept van den Accoorde dat gemaeckt soude werden tusschen den Grave van Hoorn, Admirael van de Zee, en de Staten, noopende 't stuck van de Admiralité: — Is geresolveert — dat men daer uyt soude laten die van den Raede, die in die qualiteyt kennisse noch administratie van de saecke van de Admiralité en competeert, en sulcks eenige uyt den selven Raede altijt speciale Commissie hebben gehadt, om acten van de Admiralité te exerceren."

Conff. Litterae praesidis et Consiliariorum Hollandiae ad Concilium Secretum, ubi legitur: »heeft oock — den Prince van Orange, continuerende de possessie van syne praedecesseurs (i. e. tamquam Hollandiae Ammiralis), naer dat Syne Excellentie het Officie van 't Stadthouderschap van Hollandt geaenvaert hadde, gecommitteert den President van Hollandt, ende eenighe andere omme de saecken, de Admiralité van Hollandt aengaende, te berechten, voor den welcken oock eenighe proceduyren gehouden syn" 1).

Sed non facile est de terminis auctoritatis O. O. et gubernatoris aliquid certi proferre. De quaestione, quare urbes Zelandiae talem non habuerint auctoritatem, cf. *de Jonge*, p. 74.

Licet Comites Carolus et Philippus Burgundus pro-

1) Resol. v. Holland, 29 Nov. 1562, p. 129.

prias habere coeperint naves bellicas, Ammirali Generali subjectas, in quem transferri cupiebant quam habebant O. O. in rem maritimam potestatem, hi tamen constanter usque ad a. 1546 jura sua defenderunt: Ammiralis Generalis jurisdictioni sese submittere noluerunt 1).

Plena fide etiam constat, post edictum Maximiliani promulgatum, durante bello quod dictum fuit: »Jonker Fransen oorlog," gubernatorem Hollandiae Johannem ab Egmond rebus maritimis in hac provincia praefuisse, ducem fuisse in expeditionibus maritimis. Sed si Ammirales Generales ipsi expeditioni praeessent, tunc etiam gubernatores Hollandiae iis subjecti fuisse vd., licet haec omnia tenebris adhuc obvoluta sint 2). *Idsingae* sententiam proponere volo: »in 't algemeen is het allezins te denken, dat schoon de Heeren Stadhouders, als zynde doorgaans meerder in den Land, dan wel in de Zee-Oorlog geoeffend, ook de togten te landen meerder bywoonden, zy egter het bevel in de eerste plaats gevoerd hebben, wanneer er iets in hunne Stadhouderschappen, zy tegenswoordig zynde, te doen viel" (l. l. p. 118). Ammiralis Generalis instituendi jus Comiti non denegabant Hollandi, sed contendebant, se neque esse subjectos huic Ammirali, neque Ammirali particulari Hollandiae, qui non simul esset provinciae gubernator 3). Hae lites per aliquod tempus sopitae

---

1) *Registers* van *Aert van der Goes* ad a. 1533, p. 200, 204. 206 sq. ad a. 1536, p. 253, 262, 269. ad a. 1537, p. 279 sq. 282, 285 sq. ad a. 1539, p. 301, 303. ad a. 1540, p. 309. ad a. 1542, p. 342. *Registers* van *Adr. van der Goes* ad a. 1546, p. 3 sq.

2) *Idsinga*, l. l. p. 110.

3) *Wagenaar*, D. V. B. 17, n. 13, 14, 25, B. 18, n. 2, 6, 12 caet.

fuerunt quum Maximilianus Veranus Hollandiae factus est gubernator.

Nonnunquam etiam alii Ammirales commemorantur: sic Ammiral Flandriae 1), *Antonius van den Houte;* Ammiral maris Flevici (Admiraal over de Zuider Zee), qui a° 1517 Gelrorum piratas coërceret 2).

---

Sed, hisce praemissis, jam ad Edictum Maximiliani a° 1487 revertamur.

Art. 1—9 agunt de officiis Ammiralis. Principis erit legatus summus in mari et littoribus (lieutenant-général par la mer et grèves d'Icelles: Souverain Officier, Stadhouder Generaal en Oppersten Officier in de Zee en in de kanten van dienre, a. 1, 16. Instr. h. a. et a. 1, 15. Instr. 1540. Vocatur quoque, »Admiraal van den Zee, der Nederl. Zee, der Nederlanden.") Ejus erit cognitio, jurisdictio et decisio omnium delictorum, in mari et littore commissorum, cum belli tum pacis tempore: lites componet et delinquentes poena afficiet: nemo, nisi consensu Ammiralis, navem bellicam instruere poterit, sed litteras Ammiralis habere debebit (bestelbrieven), quo facto, Ammiralis curabit ut navis bene instruatur, caet: personae quae singulis navibus praeessent ei notae esse debebant, ut ita turbae in alto praevenirentur. A navium praefectis caeterisque, (Chief, Maistre, Quartiermaistre: Hoofd, Meester, Quart.-M.) jusjurandum praestari curabit, damnum datum non iri

---

1) *De Jonge*, l. l. p. 68.

2) *Wagenaar*, IV. B. 16, n. 4.

subditis, amicis, sociisve principis; cf. a. 2, 3 Instr. a. 1540.

Art. 5—8 agunt de praedis.

5. Omnes captivi ducentur ad Ammiralem ejusve legatum, qui examinabit unde veniant, quinam sint mercium domini, ut restituantur ea quae injuste capta sint. Si vero navis a nautis fuerit deserta (salutis causa), Ammiral ejusve legatus inquiret in materiam de praedis: idcirco interrogabit captores, unumquemque sua vice, de nave capta, de regione ubi praeda capta sit: merces inspicere jubebit peritos; si bona praesumtio est, hostium illas esse, eas captoribus tradet secundum inventarium, et scripto consignabit horum nomina cognominaque, ut, casu postulante, ab his eas vindicare possit (regres hebben). Sin vero merces subditorum sociorumve esse principis appareat, Ammiralis illas custodiri jubebit, captorum impensis, usque ad certum tempus; donec de veritate certior factus, de praeda statuere possit.

6. Ammirali omnes, quibus bellum maritimum gerere permiserit, vetabit, cistas vel litteras aperire, si navem capiant: sed merces captas deponant, sciente Ammirali ejusve legato, sub poena furti.

7. Si navis detineatur sine justa causa, Ammiralis illam restitui jubebit, omniaque damna ex hac injusta captura provenientia captores compensabunt. (cum art. 1, 5, 4, 7, 15 h. Instr. cff. a. 1, 4, 5, 7 Instr. a. 1540).

8. Ex omnibus praedis decimam partem sibi retinebit Ammiralis. Solus Ammiralis dare potest litteras commeatus; (non tamen mercatoribus, quibus a solo tantum principe eae concedi poterant. a. 9 Instr. a. 1540.)

11. Ammiralis Vicarium generalem (Stadhouder-generaal) et justitiae officiales (officieren van justitie) instituit in locis qui opportuni sibi videntur. Ille vicarius una cum consiliariis (mannen van den raad) justitiam administrare debet secundum stylum curiae (Kanselary raad).

12. Lites quum etiam oriri possint in illis locis ubi vicarius non adest, Ammiralis Vicarios secundi ordinis (particuliere Stadhouders) creare potest in singulis urbibus maritimis et in omnibus regionibus quae principis sunt. (Cff. a. 11, 12, 17 Instr, a° 1540). Ex mulctis dimidia pars cedit principi, altera Ammirali.

17. Venditiones et partitiones praedarum locum habebunt praesente Ammirali ejusve legato. Catalogum (register) praedarum scribi oportet.

18. Vicarios creare debet Ammiralis viros scientia conspicuos (zeer notabele, wel gerenommeert) quos jusjurandum praestare oportet, se esse judicaturos sine favore vel ambitu (faveur, ofte corruptie).

19. A Vicarii sententiis provocatio est ad Ammiralem, et ab hoc ad principem. Cf. a. 18 Instr. a° 1540.

23. Judicari debet secundum consuetudines loci ubi lis proponitur; sin hoc fieri nequit, ad jus scriptum confugiendum est 1).

Hoc edictum omnia quae ad res maritimas pertinent potestati Ammiralis subjicit, quae igitur permagna fuit, ut recte eam ita definierit Bor: »Het Admiraels ampt is van grooter weerde, en heeft last over alle saken ter zee, en is Overste Hooft over alle schepen en krygsmagt ter zee, heeft deel in alle buiten en confiscatie dier in

1) Groot Plak. B. IV, 1208. Recueil van Zeezaken, III, p. 1.

tyden van vrede en oorlogen komen te vallen 1). Sed, in omnia quae in Edicto leguntur, inquirere, ad nostrum argumentum non pertinet: videamus tantum de jurisdictione a. 11 memorata.

Revera Curia instituta non fuit: nihil tale habet Edictum; sed tamen fortasse id colligi posset ex verbis »mannen van den Raad."

Ut ut est, hoc quidem si largiamur, nihilominus prorsus a veritate abit *Wagenaar*, quum dicit; Maximilianum illam curiam instituisse, quae nova esset curia in patria nostra, totaque ab ejus nutu penderet 2). Nam non magis hoc affirmari potest de illa curia quam de magistratibus aliis.

Omnes qui ante Edictum Maxim. promulgatum naves instruebant vel jurisdictionem exercebant, omnino auctoritate principis egebant: igitur idem de his foret dicendum quod Wagenaar de curia affirmat 3).

Num statim post Edictum promulgatum haec curia instituta fuerit, dubium videtur. Nonnulli brevi post fuisse creatam affirmant 4); alii usque ad annum 1540 institutionem differunt 5). Vir. Ampl. *de Jonge* dicit curiam adfuisse ante rebellionem contra Hispanos, imo brevi post edictum Maximiliani promulgatum. Memoratur curia in documento authentico anni 1521: provocat vir doctus ad epistolam in libro qui servatur in Archivo urbis Verae,

1) *Bor*, IV init.

2) *Wagenaar*, XIV, p. 237.

3) *Idsinga* l. l. p. 108 in f.

4) *Ermerins*, in Memoria quae inven. in Bijlagen tot de Notulen van Zeeland, a. 1771.

5) Tegenw. Staat der Ver. Nederl.

a. 1521, (artikelbrief in het Eedboek der stad Vere, Bijlage I) ubi nomen occurrit Capitanei generalis ejusque Consilii 1). — Haud liquet, quantus fuerit numerus consiliariorum, quando convocaretur curia et qualis fuerit ambitus jurisdictionis. Sed videtur praetor urbis Verae, (Baljuw) absente Ammirali, fuisse Praeses: ab actis vid. simul fuisse graphiarius: et Fiscalis ministerii publici locum tenuisse: plures adfuisse apparitores videntur, quorum unus vocabatur »Deurwaarder van wapenen," consiliarii denique nomen habuisse »Hooge en Mogende Heeren 2)."

---

Concilium justitiam administrare debebat in rebus maritimis. Igitur omnia delicta, praesertim piratica, in mari vel littoribus commissa, ab eo puniebantur. Omnes praedae factae a navibus bellicis vel praedatoriis ab illo publicabantur vel dominis reddebantur, si praeda esset injusta. Lites ortae inter dominos navium, vel inter hos et nautas, de praedis, ab eo componebantur: item si lis oriretur de portione illa praedae quae Ammirali competebat. Sed unum est quod differentiam ostendat inter hocce concilium et libera republica instituta collegia archithalassica. Nempe non vid. hujusce Concilii curae demandata fuisse instructio navium: hoc erat inter munera Ammiralis ejusve legati.

Curia a Maximiliano instituta revera erat Concilium praedarum. Modus procedendi talis fere erat: Advocatus fisci (fiscaal) vel ipse laesus reum accusabat. Si

---

1) *De Jonge*, l. l. p. 60 in not.

2) Idem ibid. p. 61

res magni momenti esset, duo vel plures delegati nominabantur, ut lis pararetur; deinde, nomine principis exhibito mandato judiciali (mandement), apparitor reum et testes citabat, qui certo die ad tribunal vel delegatos venirent, sub poena mulctae 100 flor.; si venire nollent, litterae apprehensionis contra eos dabantur, reus audiebatur, et testes, quae sciebant, jurejurando interposito, in medium proferebant. Deinde licebat ambabus partibus dubia sua scripto consignata movere. Mox delegati consilio dicebant quid sibi de tota re videretur: et tandem ipsum Collegium sententiam ferebat 1).

---

Pauca mutata fuerunt in rebus maritimis a Carolo V, qui a° 1540 Edictum Maximiliani renovavit. Provocatio a sententiis data fuit ad Magnum Concilium Mechliniense. (De hoc vd. *G. A. G. van Maanen.* diss. de Supremo Mechliniensi Consilio. Tr. ad Rh. 1844). Caetera quae habet edictum Caroli V conveniunt fere cum edicti Maximiliani praeceptis, pluresque articulos jam supra citavimus.

Obiter monendum, O. O. Hollandiae provocasse ad art. 22 h. Ed., quo defenderent jus non obediendi Ammirali generali, quod sibi competere putabant. Cujus art. haec sunt verba: »behoudelycken nochtans, dat wy by desen jegenwoordige niet en verstaan en anders recht

---

1) *De Jonge*, p. 64.

te praejudicieren, maar sal een yegelyck van de selve syne rechten gebruycken sonder swarigheyt 1)."

Quum comes de Hornes Ammiralis factus esset, regnante Philippo, multae difficultates inter eum et O. O. Hollandiae ortae sunt. Ejus jurisdictioni se submittere noluerunt, sed tamen ejus auctoritatem agnoscere quodammodo debuerunt, transactione (accoord) cum eo inita, a^d. 1565. Secundum illam O. O. urbesque (die van Hollandt) retinebant: »hare oude liberteyt ende gebruyk, om equipagie ende toerustinge aen schepen van Oorloge, zoo by eenige Persoonen ofte steden in het particulier, als by het voorschreve gemeene Landt in 't generaal tot hare eygen kosten te doen, omme den haren te defenderen, oock hare vyanden, Zeerovers of andere te resisteren ende te krencken, ende dat by advis van haren Stadthouder in der tydt, ofte van den Raade in Hollandt, stellende, en aannemende de Toerceders in alsulcke toerustingen van schepen, de Capiteynen, Hoofden, ende Officiers naer haren goedtduncken, de welcke Capiteynen ende Officiers by den Grave van Hoorn, als Admirael, bestellinge gegeven ende daer aen geëedt sullen worden als het behoort binnen den Lande van Hollandt: — dat voorts van alle Buyten en Prinsen, by de voornoemde Capiteynen ende Schepen ter Zee verkregen, die kennisse genomen ende verklaringhe van prys ofte geen prys te zyn, ghedaen sal mogen worden by de Rechters van de Plaetse daer die aenghebracht worden, ofte by die van den

1) *Register* van Aert van der Goes, ad a. 1537, p. 279. Resol. v. Holland, 24 Junij 1563, p. 19.

Rade Provinciael — insgelycks sullen oock alle saecken, de Zeevaert aengaende ofte raeckende, als van Contracten, soo ter Zee als te Lande gemaeckt, over een komste van loon ofte huyre van Bootsgesellen, Scheepsvrachten, ende van alle andere questien, uit de Navigatie spruytende, worden gedecideert, ende getermineert by de Rechters binnen den Lande van Hollandt ter Plaetse, ende voor de welcke de klachten ofte aenspraecken vallen ofte ghedaen sullen mogen worden, als oock by deselve Rechters kennisse genomen sal worden van alle misbruycken, delicten ende excessen, Zeeroveryen, ende andere, treffende de Breuckigen, ende Malefacteurs aen Lyf ende Goedt, criminelyck ofte civilyck, naer exigentie van der saecke" 1).

---

His describendis taedium devoravi ut tu haberes quod inspiceres, et pateret quantopere confusionis plena fuerit periodus inde ab anno 1559—1597 quum collegia archithalassica instituta fuerunt. Nam hoc scriptum ostendit a° 1565 cognitionem praedae non fuisse apud Admiralitatem, saltem quod attinet Hollandiam.

---

Plura sibi vindicare non potuit Ammiralis Generalis; fortasse etiam tentare non audebat, metu ne Hollandi Zelandique magis a Rege Hispaniae alienarentur 2).

Sed ad annum 1559 revertamur. Ab a° 1559—

---

1) Resol. v. Holland, a° 1564, p. 84 sq.

2) *Idsinga*, l. l. p. 115.

1572 munere Gubernatoris functus est Guilielmus Arausiacus ex Instructionibus et Commissione ei a Rege Hispaniae datis, d. 8 et 9 m. Aug. 1559, quae inveniuntur in Additamento diss. *M. Gordon*, de potestate Guilielmi I, Hollandiae sub Philippo II Gubernatoris, cum ordinaria tum extraordinaria. L. B. 1835. Anno 1567 d. 7 m. Maj. in illud munus suffectus fuerat Comes de Bossu, a Gubernatore Generali 1), (nam non vd. Guilielmus ipse potuisse nominare Vicarium) 2).

O. O. congregari non poterant nisi a Comite, ejusve legato (Stadhouder) 3). Sed urbibus Briela et Vlissinga Hispanis ereptis, libertatis fautores convenerunt sub nomine »Staaten," d. 15 Julii 1572, Dordracum et mox 10 Aug. Harlemum. Hoc factum defendebant dicentes, »dat zy na ryp beraad niet hebben kunnen nalaten sonder Diminutie ofte prejudicie van de auctoriteit ende de Hoogheid van Syne Majesteit, maar tot syner eer en dienst, zoo veel hun doenlyk ware, de zaken by der hand te nemen, 't land te beschermen, caet." 4). Die 19 j. rursus Dordracum convenerunt, nonnulli nobiles, et delegati ex 12 urbibus: Guilielmi absentis delegatus in concione adderat Philippus a Marnix: ille orationem habuit, et statim cuncti Guilielmum Arausiacum agnoverunt Comitis Gubernatorem Hollandiae, Zelandiae, ditionisque Trajectinae 5). »Alsoo Syne Exc.

1) Repert. der Plak. v. Holl., p. 131. *Wagenaar*, VI. p. 229.

2) *Gordon*, l. l. p. 23.

3) *Rendorp*, diss. de origine et potestate O. O. Holland. sub Comitibus, 1782, p. 55.

4) *Wagenaar*, VI. p. 383.

5) *Bor*, VI. p. 282. *van Meteren*, p. 78.

te voren geweest, en daartoe van de Kon. Maj. wettelyk en behoorlyk is gecommitteert geweest, sonder dat naderhand eenige wettelyke en der costumen en den rechten des lands gelyksamige afstelling of verandering zy nagevolgd."

Legitimum igitur Comitis decretum anni 1559 confirmant O. O. contra mandatum Gubernatoris Genera lis. Mandata Philippi a. 1559 Guilielmo non erant amplius fons auctoritatis, sed descriptio tantum ejus potestatis partium ac limitum. — Quae descriptio fere eadem mansit qualis erat illa a. 1559 1).

Decreverunt porro O. O. Guilielmum instituere posse praefectum maritimum cujus ita describitur munus: »dat syne Vorstelyke genade stellen soude eenen Souvereinen Admirael, die andere Capiteinen daer toe bequaem wesende aennemen, die onder den Admirael dienen en van dezelve hare bestellingen hebben, en dat men den Capiteinen en haer volck aennemen soude op soldye of anders, so dat Syne Exc. best soude dunken, en dat den Admirael den Capiteinen soude mogen aennemen na voorgaende informatie en advys van de Watersteden 2).

Igitur videntur O. O. sibi et urbibus aliquam partem reservasse in rebus navalibus administrandis. Ut notum est, Guilielmo adjuncta erant tria Concilia, quorum unum erat Admiralitatis. Horum Instructio deest, sed seq. de Concilio Status universe (Raad neffens Syne

---

1) *Kluit*, Geschiedenis der Holl. Staatsregering, I, pag. 57 sq. *Gordon* l. l. in parte post C. I et II.

2) *Bor*, VI, p. 282. *v. Meteren*, p. 78.

Excell.) docet *Bor:* »Desen Raad werd gegeven volkomen Macht, last en auctoriteit om op alle voorkomende saken te disponeren, daer in en overal te gebruiken den name van den Prince van Orangien van wege de Coninkl. Maj., onvermindert en blyvende de kennisse aan 't Hof van Hollandt in 't geheel: souden ook de voorsz. Raden hebben volkomen Macht over alle Gouverneurs, Capiteinen, Oversten en Soldaten, om dezelve te corrigeren van haerluider delicten, mesusen en ongeregeltheden: souden ook hebben volkomen Macht om te disponeren op alle geannoteerde en geconfisqueerde goederen, daer van te composeren, transigeren, en voorts alles te doen wat daer aen soude mogen dependeren. — Alle haerluider sententien, commissien, bevelen en ordonnancien souden effect sorteren in allen schyn of die by zyne Exc. gegeven waren" 1).

Fortasse ex nonnullis verbis hujus Instr. effici posset quasdam Concilium partes habuisse in jurisdictione de praedis. Certe auctoritas hujus Concilii fuit maxima, ita ut veniantur edicta data nomine »van de Staten en van de Raden neffens zyne Excell." 2).

---

Non constat quando et a quonam Guilielmo ipsi delata fuerit dignitas Ammiralis. Nam rex Hispaniae certe id non fecit qui comitem de Hornes, Guilielmi socium, a° 1568 interfici jussit. In Pacificationis Gandavensis art. 6 tamen invenitur: »dat de Prince zal blyven Admirael

1) *Bor*, VI p. 330. Cf. *van Meteren*, p. 92.

2) *Van Slingeland*, Staatkundige geschriften I. p. 89.

Generael van der Zee:" igitur certum est a° 1576 hoc munus jam a Guilielmo fuisse administratum 1).

---

In Frisiâ auctoritas Guilielmi non valde extensa erat hoc tempore, quia maxima pars hujus provinciae Hispanis subjecta remansit usque ad pacem Gandavensem 2). In Zelandia, administratio rerum maritimarum mutata non fuit: Concilium Admiralitatis sedem habere pergebat in urbe Vera, sicut tempore Comitum. Interim in diem crescebat licentia piratarum et praedonum, ita ut res maritimae confusionis plenae essent. Cui abusui medicinam afferre volens Princeps, a° 1574, praefectos (Gouverneurs) et aliquot delegatos ex urbibus Zierizea, Vera, et Vlissinga, convocavit, et modum proposuit quo res in ordine redigerentur. Igitur perfecit, ut hoc eodem anno Concilium crearetur, compositum ex illis urbium praefectis, additis delegatis singulis ex urbibus (leden), uno delegato Hollandiae, quibus praeesset Principis legatus (Luitenant-Admiraal). Concilium, alternis per tres hebdomades vicibus, in singulis urbibus convocabatur: protestatem exercebat exsecutivam in omnes res civiles militaresque; imprimis ei incumbebat administratio rerum maritimarum.

Ejus erat sententiam ferre de omnibus praedis pretium 1000 florenorum excedentibus. Sed jurisdictio in rebus criminalibus remanebat penes Ammiralem et navium praefectos. Concilium igitur antiquum Admiralitatis

1) *Idsinga*, l. l. p. 118.
2) *De Jonge*, l. l. p. 250.

remansit quidem, sed ejus jurisdictio est imminuta. Nam non amplius, ut antea, jus dicebat de omnibus causis res maritimas spactantibus, sed tantum de praedis aliisque causis infra 1000 fl.; praeterea provocatio erat ad Curiam provincialem. Sedem habere debebat in urbe quae Ammirali opportuna videretur: non, ut antea, perpetuam Verae 1).

---

Quum Guilielmus, nisi ex consilio O. O., nil magni momenti facere posset, et res adeo in incerto versarentur, quia O. O. et Guilielmi potestatis limites non satis discreti essent; ab O. O. petiit princeps d. 20 Oct. 1574 ut eum vellent munere abdicare 2): sed d. 12 Nov. O. O. responderunt, »dat zy zyne Excellentie bidden in Zyne gelukkige Regering met het Collegie van den Raad nevens hem te continueren, met absolute maght, authoriteit ende souverain bevel, etc."

---

De his omnibus vide *Kluit*, l. l. p. 95 sq. Igitur a° 1575 potestas Guilielmo delata accuratius est descripta. Deliberationum hac de re institutarum historiam legas apud *Gordonum* l. l. parte post. c. III. § 1.

Die 11 Julii 1575 summum imperium in eum transtulerunt Hollandiae O. O. 3). Memoratis nobilissimis

---

1) *De Jonge*, l. l. p. 253.

2) Resol. v. Holl. d. 1 m. Nov. 1574.

3) Resol. v. Holl. 1575, p. 501, 520, 528. *Kluit*, l. l. p. 104 sq.

factis quibus optime de patria meritus erat princeps, declarant O. O. »dat alle Republicken en Gemeenschappen best worden behouden, gesterkt en bevestigt by eenigheid, welke niet wel kan zyn by velen, in wille en gemoed veeltyds differerende, en dat mitsdien ook noodig was, dat de Regering gesteld wierd en bevolen aan één Hoofd en Overigheid."

O. O. porro ei praestant jusjurandum fidei et obedientiae.

Separatim ita Hollandiae O. O. imperium in eum transtulerunt, quia Zelandiae O. O. convenire nondum potuerant.

In locum 3 Conciliorum priorum, Status, scilicet, Rei Aerariae et Admiralitatis, suffectum est Concilium regionis (Landraad), de cujus Instructione 1), vide *Kluit*, p. 106, *Gordonum*, l. l. 93.

Praeter alia ad hoc Concilium pertinebat cura rerum ad bellum gerendi necessariarum: »de saecke van de Admiraliteyt, 't stuck van de fortificatiën ende extraordinaris ammunitiën, caet. 2).

Igitur materia praedarum ad ejus jurisdictionem pertinuit.

Sed jam d. 20 Sept. de Consilio abrogando ad O. O. Hollandiae scripsit princeps: putabat »dat de auctoriteit en magt van dien Landraad met menigvuldige restrictiën besneden en gelimiteert, en in vele saken aan 't vergaderen der Staten verbonden was 3)."

---

1) Inven. in Resol. v. Holl., d. 27 Aug. 1575, p. 601 sq.

2) Resol. v. Holl. 1575, p. 609 sq.

3) Id. ibid. p. 647.

O. O. existimantes Principem loqui de restrictionibus quae ipsius Guilielmi Instructioni allatae essent 1), memorabile fecerunt responsum: in quo i. a. haec »dat zy als Gedeputeerden nooit van verstand geweest zyn — dan dat zyne F. G. zoude bevolen zyn de geheele en volkomen Regering — onder zulken titul als daartoe bekwaamlykst en met het meeste aanzien en autoriteit zoude mogen dienen, ja *als grave van Holland*, caet."

Igitur d. 7 m. Oct. a. 1575 O. O. Hollandiae, Guilielmo morem gerentes, Concilium regionis abrogarunt et in ejus locum suffecerunt Collegium delegatorum ex O. O. (Collegie van de Staten). Committebantur (gecommitteerd) tres ex nobilibus, duo ex singulis majoribus urbibus, et unus ex minoribus 2). Per annum unum munere fungebantur 3). — Tria inferiora collegia videntur instituta fuisse (gedeputeerden op 't stuck van de Policie, ter Finantiën, en van de Admiraliteit) 4). Instructiones primi et tertii collegii non inveniuntur, teste *Gordono*, p. 130: nihil igitur de hoc Concilio Admir. dicere possumus. Collegium sic constitutum fuit usque ad annum 1581. 5).

---

1) *Van Slingeland*, l. l. p. 97.

2) Resol. v. Holl., 13 Oct. 1575.

3) Id. 7, 13 Oct. Coll. 8 Oct. fol. 681.

4) Id. 1575 p. 699, 720, 729.

5) Vide citata apud *Beelaerts van Blokland*, in diss. cont. historiam collegii Consiliariorum Commissorum in Hollandia et West-Frisia, L. B. 1838 p. 7.

Anno 1576 renovatum fuit foedus inter Hollandiam et Zelandiam 1). Die 25 m. Apr., firmato foedere, sancita est imperii forma 2). Potestas in Guilielmum sup. anno delata confirmata fuit, paucis exceptionibus, quas recensere hic non attinet. Eodem anno 1576 Guilielmus in Zelandia instituit Collegium, quod in rei maritimae procuratione versaretur, d. 27 Sept.; administratio scil. anno 1574 in Zelandia instituta non satis firma ei videbatur.

Summa rerum maritimarum administratio, absente Guilielmo, data fuit Comiti Philippo a Hohenloo: juxta eum erat Concilium regionis (Landraad), cujus fere eadem erat potestas quae illa Concilii anni 1574. Ammiralis obedientiam Gubernatori generali praestare jubetur ejusque mandata exsequi: severiora porro statuuntur in praedationem maritimam. — Sedebat collegium in urbe Vlissinga: constabat 7 personis conspicuis in hac urbe degentibus: praeterea ex procuratore fisci, graphiario, et delegato provinciae Hollandiae. Ammiralis praeses erat, vel eo absente, senior ex collegio: 5 saltem personae adesse debebant ut sententiam dicere possent.

Nec ammiralis nec alius quisquam ex collegio, graphiarius, vel procurator fisci, naves praedatorias habere poterant, nec socii esse in tali expeditione. Collegium judicabat de praedis omnibus, (ut supra dixi, a° 1574 pretium 1000 fl. definitum erat), piratica caeterisque delictis maritimis: omnes personas, quae militiae navali adscriptae non essent, condemnare poterat, etiam ad poenam

1) *Kluit*, l. l. Cap. VII p. 115. *Bor*, IX. 138.

2) Resol. v. Holl. 1576 p. 3, 21 sq., 22, 28 sq. 31, 47 act.

mortis. Provocatio erat in civilibus ad provinciae praesidem (gouverneur) et concilium regionis: appellantes cantionem 5 libr. Flandr. praestare debent.

Judicium in rebus criminalibus quae spectabaut praefectos, duces, caet., penes tribunalia militaria (krygsraden) erat 1).

Huic Concilio cura quoque fuit mandata navium instruendarum et armandarum: igitur, quum antea, ut diximus, Admiralitas ex Ed. Maximiliani proprie remansisset Concilium praedarum, nunc partes habere coepit in procuratione rerum maritimarum, eodem modo quo postea collegia archithalassica libera republica.

---

Sed illius Concilii regionis magna auctoritas invidiam movit O. O. Zelandiae: ita ut, his magnopere queritantibus, illud abrogatum fuerit, a° 1578, et in ejus locum suffectum Collegium dictum »gecommitteerde Raden der Staten van Zeeland." Singulae urbes delegatum mittebant, una cum delegato, Hollandiae et uno ex Nobilibus (vertegenwoordiger van den eersten Edele). Caeterum nihil immutatum fuit quod attinet admiralitatem Vlissingae 2).

---

Jam supra dixi, in Hollandia Australi Guilielmo principi, plerumque Delphis considenti, adfuisse in rebus maritimis curandis, quosdam viros selectos, delegatos ex ordinibus: quod collegium vocabatur »Collegie der gecom-

---

1) *Bor*, IX fol. 164.

2) *De Jonge*, l. l. p. 257.

mitteerde Raden ter Admiraliteit," postea, »Admiraliteit van Zuid-Holland 1)." Hoc nomen saepe occurrit in actis anni 1575 2). — In Boreali Hollandia eadem administratio erat penes O. O. delegatos 3). In singulis tractibus (quartier) erat Ammiralis: a° 1576 nobilis Johannes a Duvenvoirde Ammiralis erat »over de Haarlemmer- en Leydse Meeren en andere binnenwateren 4).

---

D. 17 Mart. a. 1581 agebatur de creatione trium collegiorum, et licet nonnulli putarent reip. saluti non profuturam tale institutum et fore ut populus impensis nimis gravaretur 5), processit tamen institutum et d. 20 Mart. comprobatae sunt Instr. 3 collegiorum, scil. Concilii status (gecommitteerde Raden van syne Princelyke Exc., ende van de Staten van Hollandt, tot Raden nevens syne Exc.), Concilii rei aerariae, (gecommitteerden — ter Finantie van Hollandt) et Concilii Admiralitatis (gecomm. — tot Raden van de Admiraliteit nevens s. Exc.) 6).

Primum, secundum has Instructiones, cum Guilielmo perpetuum commercium colere debebant Collegia et eum adjuvare et consilium ipsi dare (a. 1 Instr. trium; getrouwelyck tot des gemeene Landts welvaren helpen raden en adviseren). Curare debebant, ut ad effectum

---

1) *Bor*, VIII. fol. 102.

2) *Idsinga*, l. l. p. 118.

3) *Velius*, Cronyk van Hoorn, IV. 259.

4) *Idsinga*, l. l.

5) Resol. v. Holl. 17 Maart 1581 p. 78.

6) *Kluit*, l. l. p. 239.

perducerentur omnia O. O. decreta de rebus singulis conciliis mandatis; de quibus rebus ad O. O. referre debebant 1). Conciliorum coetus frequentare, ibique rogationes facere poterant Nobiles et Urbium delegati, qui non a conciliis essent 2). — Nobis tantum de Conc. Admiralitatis agendum: dabimus igitur illos articulos qui ad nostrum argumentum pertinent.

Art. 19. Cognoscere debent consiliarii de litibus quaestionibusque ortis ex fraudatis vectigalibus, (convoyen en licenten), ex praedis maritimis, ex injustis exactionibus et delictis nautarum eorumque praefectorum. 20. Eorum sententiae criminales effectum sortiuntur sine appellatione, salva tamen revisione vel erroris propositione a Guilielmo et O. O. impetranda.

21. Pecunia ex praedis mulctisque, in rebus ad Admiralitatem pertinentibus irrogatis, colliguntur ab uno de exactoribus vectigalium (convoyen), qui rationes reddat. 22. Causas forenses Admiralitatis instruebat, qui dictus erat »Advocaet Fiscael van Hollandt 3)". Videntur haec collegia, eodem statu remansisse usque ad mortem principis 4). — In Zelandia hoc concilium Admiralitatis auctoritatem exercere non potuit, quia Zelandi vehementer illius institutioni sese opposuerunt, metuentes ne administratio rerum maritimarum in Hollandiam transferretur, et emolumentis permagnis privarentur, quae huic administrationi cedebant ex pecuniis de praedis

---

1) A 9 I. Conc. Stat. a. 22, 23 I. Conc. r. aer. a. 12, 13, I. Conc. Adm.
2) A. 17 I. Conc. St. a. 33 I. Conc. r. aer. — Art. 24 I. Adm.
3) Inven. Instr. in *Resol.* v. Holl. 20 Mart. 1581 p. 92.
4) *Beelaerts*, diss. I. p. 16.

collectis. Igitur concilium admiralitatis a. 1576 institutum in hac provincia remansit 1).

---

Scimus, anno 1582 et sq., actum fuisse de summo imperio titulo Comitis in Guilielmum transferendo 2). Harum deliberationum historiam difficillimam legas apud *Kluit*, l. l. Cap. XI. et *D. van Hogendorp*, Dissert. de Guilielmo I (1821).

D. 13 Nov. 1583, litteras, quae vocabantur »Renversaal," principi offerre O. O. sanxerunt: quod etiam factum est 3). Sed hae distinguendae sunt ab articulis secundum quos, in forma Capitulationis, Inauguratio fieret. Deliberationes rursus sunt institutae 4), et tandem 30 Dec. 1583, articuli illi comprobati 5).

Art. 36 haec habet: »Dat syn Exc. in de voorsz. qualiteyt als grave etc. sal houden ende gebruicken 't Admiraelschap. — Behoudelyck dat den Steden elck in den synen vrystaen ende blyven sal 't allen tyden, des noot synde ende de saecke sulck vereyschende, hen ter zee te wapenen 6)."

Post mortem Guilielmi a° 1584 omnium animi trepidatione pleni erant: vide *Bor*, XIX fol. 3, *Grotium*, Ann. IV p. 88 aliosque.

Mauritio et Concilio Status imperium delatum ad in-

---

1) *De Jonge*, l. l. p. 260.

2) *Bor*, XV p. 200 c.

3) Id. patet ex Resol. v. Holl. 7 dec. fol. 486.

4) *Kluit*, l. l. p. 321—333.

5) *Bor*, XV fol. 205 d.

6) *Bor*, l. l. *Kluit*, l. l. p. 342 et in Additam. p. 477.

terim fuit: »omdat men hoopte, dat in de zaken met Frankryk iets vruchtbaars uitgerecht soude worden 1),” potestas belli maritimi gerenda (de superintendentie) iis commissa cum auctoritate collegia navalia instituendi, naves instruendi, caet. 2).

D. 1 Nov a. 1585, O. O. Hollandiae et Zelandiae Mauritium creaverunt »Gouverneur Capitein Generaal ende Admiraal van de Graafschappen van Hollandt ende Zeelandt 3).”

Id ideo fecerunt quia, cum in diem Leicestrii exspectaretur adventus, metuebant O. O. ne ille ejusque concilium status nimiam in res maritimas exercerent potestatem. Nam in illo concilio duobus Anglis locus datus erat; V. a. 16 foederis cum Elisabetha initi 4). Eodem die O. O. Holl. in provincia sua collegium Admiralitatis instituerunt, cujus praeses erat Mauritius. Distinctum a collegio consiliariorum commissorum: praeter praesidem constabat ex 6 viris delegatis ab urbibus Hollandiae: sedem habebat Hagae Comitum vel Roterodami 5).

Imperii Leicestriani in patria nostra historiam dare hoc loco inopportunum esset: consulas licet *Kluit* II, c. 15 sqq.

Magna ei auctoritas tribuebatur ex conventione cum Elisabetha; sed illam admodum auxerunt et ampliave

---

1) *Bor*, XXX fol. 7. c.

2) Instr. Raad van State 18 Aug. 1584 a. 12.

3) *Bor*, XX fol. 85 ubi etiam Instructio Mauritii invenitur.

4) *Kluit*, Ind. Chronol. Foed. n. 199.

5) *Gr. Plakb.* V p. 41, *Recueil. v. Zeez.* III p. 53.

runt O. O. initio anni 1586 1). Ita v. c. dicunt in Ed. 6 Febr. 1586: »— En Hem (boven de auctoriteidie hy heeft aan hare Majesteit gegeven hebben het *hoogste gebied* en *absolute auctoriteit* over en in alle krygszaken te water en te lande, caet." 2).

Mauritius tamquam Gubernator Hollandiae et Zelandiae Leicestrio subjectus erat, ut patet ex iis quae convenerant cum Leicestrio d. 1 Febr. 1586: »gegeven wordt volle macht en volstrekt gebied, in 't stuk van den oorlog te water en te land — over alle particuliere Gouverneurs der provincien, caet. 3). Igitur ipsi munus confirmatum fuit a Leicestrio d. 25 Febr.; mandata ab eo accepit 4); alia ei data fuisse quae in munere Ammiralis exsequeretur, valde probabile ex iis quae refert *Idsinga* l. l. p. 120 init. Jusjurandum igitur praestare debuit Leicestrio, penes quem summa erat rerum administratio.

A° 1568 tria instituit collegia Leicestrius archithalassica, Hornae 5), Roterodami et Verae; Ostendae etiam collegium instituere in mente habuit, sed effectum hoc sortitum non est 6), — Primum collegium nomen habebat »Raad van Admiraliteit van Noord-Holland." Civitas vero Amstelodamensis perfecit ut hocce collegium

1) *Kluit*, Geschied. l. l. p. 73 sq. et citata apud *Idsingam*, l. l. p. 119 in f.

2) *Hooft*, XXIII p. 1043 sqq. *Bor*, XXI p. 10. *Bor*, Auth. Stukken II p. 59, 60.

3) *Kluit*, l. l. p. 129.

4) *Bor*, XXI p. 11.

5) *Velius*, Chron. v. Hoorn, p. 472.

6) *Bor*, XXI fol. 76.

Amstelodami collocaretur: ad ejus jurisdictionem pertinebant Hollandia Borealis, Frisia, partes quaedam Gelriae, Transisalaniae et ditionis Ultrajectinae. Ad secundi collegii jurisdictionem pertinebant Hollandia Australis, partes aliae Gelriae et regiones transmosanae. Quod attinet tertium collegium, illud non, ut voluit Leicestrius, Verae constitutum est, sed per aliquod tempus Vlissingae mansit: mox initio anni 1587 Medioburgi collocatum est. Imprimis notandum, quod antea disjuncta collegia, (archithalassicum, scilicet, illud anni 1576 et consiliariorum commissorum) nunc conjuncta fuerint, ita ut certus numerus consil. comm. praeter negotia ordinaria ab iis tractanda, insuper curam rerum maritimarum, susceperit 1).

Civitatibus tamen majoribus libertas a Leicestrio relicta est, suis impensis, suadente necessitate, naves armandi, cognitione servata Admiralitati delegatisque ex singulis provinciis ad hoc collegium, circa publicationem navium merciumque 2).

---

Anno 1588, quum Leicestrius munere se abdicasset, summa rerum maritimarum administratio rursus data fuit concilio status 3).

Instructio legitur in Codice Diplomatico historiarum *Borrii* III, p. 3—6. Caeterum tria collegia archithalassica non abolita sunt: imo, urbibus Hollandiae Sep-

1) *De Jonge*, l. l. p. 263 sq.
2) Hoc patet ex Instr. Conc. St. Leic. apud *Bor*, XXI, p. 8.
3) *Bor*, XXIV, f. 65.

tentrionalis queritantibus, unum Hornae additum fuit 1). Sed quum vel sic multae de Concilio status ortae essent querelae, abrogatum id esse voluerunt O. O. et m. Junii 1589 collegium creaverunt quod in res maritimas inspiceret, dictum »Collegie superintendent van de Admiraliteit der geunieerde Provincien neffens S. Exc. Prins Maurits, als Admiraal Generaal" 2). Principem ubivis sequi debebat et constabat 6 personis; diurnum epistolarum commercium habere debebat cum O. O. et Concilio Status: praeterea habebat »de superintendentie, bevel en gesag, over alle de particuliere Collegien van de Admiraliteit in alle saaken, aangaande den oorlog te waater, mitsgaders de directie, en het beleid, van de equipagie, en de middelen, daartoe dienende" 3). Biennio demum post revera collegium institui potuit: causae fuerunt lites et difficultates ortae ex quaestione de administratione vectigalium (convoyen en licenten); has mittimus quum huc non pertineant: sed legas *Idsingam*, l. l. p. 121, *de Jonge*, l. l. p. 267—274. De Zelandia v. *Bor* XXVII, f. 2 et 3. Tandem Hollandi effecerunt ut consiliarii Hagam Comitum vocarentur: Zelandi vero delegatos mittere noluerunt, ita ut jam d. 30 Dec. 1593 illud collegium fuerit abrogatum 4).

Tandem curam rei navalis bellicae socii a° 1597 mandarunt quinque collegiis, quorum descriptionem seq.

---

1) *De Jonge*, l. l. p. 265.

2) *Bor*, XXVI, fol. 33.

3) V. Coll. hujus Instr. 22 Apr. 1589.

4) *De Jonge*, l. l. p. 275.

nobis reliquit *Pestel*. Tria in Hollandia constituta sunt Roterodami, Amstelodami, Hornae atque Enkhusae alternis per tres menses vicibus. Singula in Zelandia et Frisia, Medioburgi et Documi. Postea, a° 1645, Documense collegium translatum fuit in urbem Harlingam quippe vicinam Hollandiae 1).

Loci illi residentiae indicantur a. 2do Instructionis: sine praejudicio provinciarum et quod inde nullum jus civitatibus in sedem collegiorum perpetuam competeret.

Quinque haec collegia archithalassica constant 54 viris Consiliariis Admiralitatis. Primum est collegium Mosanum; (causam praeeminentiae vide apud *de Jonge* op. laud.) compositum ex viris XII, nobili Hollando uno, deinde civitatum Dordraci, Delphorum, Roterodami, Scidami, Gorichami, Brielae, Gelrorum, Zelandorum, Trajectinorum, Transisalanorum, Frisiorum legatis singulis.

Proximum est collegium Amstelodamense, etiam duodecimvirale; nempe unus adest ex ordine equestri Hollandiae, singulosque sex Socii reliqui, tum et Harlemum, Leida, Amstelodamum, Gouda, Edamum adjungunt.

Zelandicum constat 9 viris: nempe 6 civitatum Zelandiae delegatis: uno, quem Amstelodamum continuo, uno, quem Dordracum, Delphi, Roterodamum, civitates, per vices quot septenniis, mittunt: nonum adlegant Trajectini. In Holl. Bor. eadem procuratio XI viris mandata est; Amstelodamum, Alcmaria, Horna, Enkhusa, Menachodamum et Medenblica; Gelri, Zelandi, Trajec-

---

1) *Resol.* v. Friesland, 30 Jul. 1644. *Resol.* v. H. H. M. M. 28 Febr. 1645.

tini, Frisii, Transisalani singulos constituunt. Amstelodamensis et Zelandici legatorum munus perpetuum est, reliquorum duobus tribusve annis plerumque terminatur.

Collegium in Frisia collocatum est decemvirale, cui Frisii 4 adlegant, singulos Gelri, Hollandi, Trajectini, Transisalani, urbs Groninga, nec non Ommelandi. — Omnibus illis collegiis praest Ammiralis vel Vice Ammiralis. v. Instr. a. 2. Adsunt singulis collegiis ministri perpetui ab O. O. G. G. ex commendatione Principis constituti (v. decr. O. O. G. G. 7 Sept. 1747). Quorum primarii sunt Consiliarius idemque fisci Advocatus (raad en advocaat fiscaal). De quo cf. *Pesters* diss. de jure marit. foed. Belg. p. 151. Vir qui collegio cuique ab actis est (secretaris), nec non quaestor redituum (ontvanger generaal), porro eorum, qui vectigalium navibus mercibusque invehendis et evehendis impositorum exactioni fraudibusque investigandis operam dant, Moderator (commies generaal); praeterea mercium commissarum aliarumque publice distrahendarum venditor (vendumeester), navibus ornandis praefectus (equipagiemeester). Alios minoris dignitatis recensere non necessarium est. Nec usque ad consanguinitatis quartum, nec ad affinitatis tertium, gradum inter se conjunctos esse oportet consiliarios; nec dispensationi locus datur (Resol. Holl. 1664); jurant in legem de ambitu nefario per largitiones, atque in formulam officii (de eed van zuiveringhe) Instr. a. 60. Munus consiliarii habetur inter munera necessaria (Resol. Belg. 16 Mei 1589).

Reformatae debent esse religionis et O. O. G. G. promittere, se in illa mansuros. Mandata O. O. G. G. ac-

curate observare promittunt, sine respectu loci aut personarum. — Haec de compositione collegiorum 1).

Potestas et officia cognoscuntur ex lege ipsis data, a°. 1597; dabimus tantum ea quae ad nostrum faciunt argumentum.

Art. 3. Consiliarii habebant cognitionem et jurisdictionem de omnibus praedis factis a navibus bellicis vel privatis, de litibus inter has exortis, de delictis ab iis commissis, et de piratica; ut haec omnia dijudicent secundum edicta data vel quae dabuntur (plakaten en ordonnantien).

5. Praedatoribus excurrere non licebit, nisi potestate iis data a legato supremi maris Imperatoris; juramentum, cujus formula infra (art. 60) datur, praestare, et litteras codicillis a Principe Arausiaco datis affixas (brieven van attache) impetrare debent: apud idem collegium cautionem interponant (»voor hare handelingen" i. e. non hostibus damnum datum non iri, quemadmodum id explicat § 5). Antea, v. c. in edicto anni 1487 jusjurandum tantum requirebatur. Cautionis dandae obligatio nunc fere semper requiritur: sic statuitur in pactis conventis, v. c. inter remp. nostram et Galliam, foedere anni 1739 a. 16: inter remp. nostram et Angliam, foedere anni 1674: inter remp. nostram et Siciliam foedere anni 1752 a. 30 caet. — Summa pecuniae non semper eadem fuit: a° 1622 apud nostrates requirebatur cautio 25,000 flor.; a° 1625, 30,000 flor.; idem

---

1) *Pestel*, Commentarii de Republica Batava, § 398. Cf. praeterea *Janiçon*, de tegenwoordige Staat der Ver. Nederl. I, c. 9.

a° 1705. Cf. *Martens* essai sur les armateurs, etc. c. II. § 15 nota f. Haec si negligant, pro piratis habentur.

6. Praedatores appellere debent ad portum unde praedatum enavigarint, nisi vi majori fuerint impediti.

7. Consiliariis admiralitatis non licebit naves praedatorias possidere vel societatem habere in talibus navibus, nisi venia iis concessa ab O. O. G. G.; quod item confirmatur art. 60 Resol. Belg. 12 Mart. 1663.

14. Diebus Lunae, Mercurii et Saturni, judicabuntur lites de rebus ad collegium pertinentibus.

15. Ne causae protrahantur, omnes lites primo viva voce (verbalycken) proponentur, et si fieri possit, statim vel brevi tempore sine forma processus ordinarii decidentur: neque procedere per scripturas licebit, nisi res alio modo ad liquidum deduci non possit: neque tunc ultra duplicationem est procedendum.

17. Legatus summi maris Imperatoris, ejusve legatus, vel consiliarius praeses, suffragia colligent, suumque ferent; per pluralitatem res decidetur; si vero sententia feratur de re ad praedas pertinente, in qua praefecto maritimo competit decima portio, ipse caret suffragio et res dijudicabitur a solis consiliariis qui non pauciores quinque interesse debent.

19. Sententiae pronunciantur nomine praefecti maritimi et consiliariorum.

20. Consiliariis non licebit a litigantibus munera accipere.

21. Praedarum venditione facta, consiliarios curare oportet ut illi qui dicuntur »Vendumeesters," rationes deponant inter 14 dies.

22. Partitio praedae, a nave privata factae, fiet hoc

modo: quinta praedae parte deducta, quae debetur Sociorum aerario, decima principi attribuenda: reliqua erunt exercitorum, navium magistrorum, caet.; si praeda fuerit facta a nave bellica reipublicae, $\frac{5}{6}$ pars deducitur quae cedat Sociorum aerario, decima principi: reliqua dividuntur inter magistros navium, nautas, caet.

24. Ut praedae maximo pretio vendantur, Collegia veniam dabunt magistris navium (Kapiteinen te water) eas emendi, detracta parte stipendii (op afkorting van gagie).

26. Collegia commercium habebunt epistolarum cum O. O. G. G. et Principe Arausiaco.

48. Consiliarii, advocati fisci, et ab actis dictorum collegiorum semper domicilium habere debent in loco collegii.

49. Neque ex hoc loco recedere poterunt vel alibi pernoctare sine consensu praefecti maris vel praesidis collegii.

50. Omnia mandata, edicta, caet. a collegiis data secundum tenorem hujus instructionis, effectum plenum habebunt neque licebit provocare ad alium judicem. In causis civilibus tamen, si pretium mercium venditarum summam excedat 600 flor., deposita summa 200 flor. in poenam apud collegii secretarium si lis non continuetur, (haec consignatio pecuniae est facta indefinita pro arbitrio collegii, »na de grootheyt van het proces voor haere vacatiën en Adjuncten.'') 1) revisionem vel erroris propositionem rogare licebit O. O. G. G. intra annum post sententiam pronunciatam; (pro anno tem-

1) Plak. St. Gen. van 28 Maart 1675, a. 3 in *Groot Plak. B.* III, p. 1329.

pus 4 mensium introduxit edictum 26 Aug. 1624, a. 3); aut legatum summi maris Imperatoris, si O. O. convocati non sint: »hi 7 juris peritos vel alios doctos committent, qui una cum collegio admiralitatis in causam inquirant.

51. In collegiis dictis nulla causa terminari poterit, nisi pluribus ex consiliariis praesentibus, saltem ex duabus provinciis: neque sententia ultima (definitieve) ferri poterit nisi 5 judicibus praesentibus. Major suffragiorum numerus rem dirimit 1). Item notandum consiliariis non licere dispensationem indulgere contra placita O. O. G. G. et si de sensu dubitetur, ad legislatoris interpretationem recurrere debent 2).

Hujus quidem legis terminus unius anni spatio descriptus fuit. Sed quum ab eo tempore per sesqui saecula et amplius vis illius legis multis Sociorum decretis stabilita sit, visum est O. O. G. G. d. 10 Mart. 1732, non esse in socii unius potestate, perpetuitatem jurium illis collegiis attributorum, tamquam si essent annua impugnare. Caeterum proprios carceres habuisse videntur Admiralitates. (*van der Capellen*, Gedenkschriften, II, 269).

Fortasse injucundum non erit nonnullis descriptionem legere elegantissimam colleg. archith. quam scripsit *Merula*: »Consiliariorum, quos antea nominavi Admiralitatis, qui ex praecipuis civitatibus senarium constituunt numerum, est elaborare, vt consensus sit ipsis mutuus et amica conspiratio cum Architalasso, Ordinibus ipsis et Ordinum deputatis, eosque opera fideli et bono juvent

---

1) *Gr. Plak. B.* II, 1529.

2) Plak. St. G. 29 April 1670.

consilio, oculis menteque ab emolumento privato proprioque commodo aversis. Eorum est, summo studio intendere, ut ad navigationis securitatem, liberum maris usum, custodiamque Hollandiae fluminum, conveniens semper et idonea sit classis: ut eadem classis perpetuo bene sit instructa omni apparatu bellico, tormentis, pulvere, aliisque ad navalia proelia hostesque pulsandos necessariis: ut denique publici per mare fluviosque commeatus negotiatoribus aliisque iter aliquo facientibus non segniter praestentur. Eorundem est peritos maritimae rei praefectos, ducesque cum majorum tum minorum gentium conquirere, iisque jurejurando fidelitatis obligatis ad agendum mandata praescribere. Cognitionem habent sententiaeque absque ulla provocatione dictionem, cum de fraudibus, dolis, imposturis, quae in publicis commeatibus solent designari, tum de controversiis, quae inter navales socios oriri consueverunt. Postremo quaestiones litesque terminant de praedis spoliisque maris: de mercibus naufragorum in mari repertis, de debitis quae contraxisse, quamdiu merent, deprehenduntur duces sociique navales, de piratis praedonibusque, de delictis denique, criminibus, erratis in mari fluminibusque perpetratis 1)."

---

Collegiis architalassicis gravissimi subinde irrepserunt abusus. Haec autem omnia si tractare vellemus, longior quam par est fieret nostra dissertatio. Porro illi abusus maxime animadvertebantur in administratione vec-

1) *P. Merulae*, de Statu reip. Batavae diatriba.

tigalium dict. »Convoyen en licenten," denique in ipsa oeconomia privata collegiorum, ita ut a nostro argumento sit aliena eorum relatio. Qui plura desiderat, consulat *Slingelandt* qui ex professo hanc rem tractavit in »Memorie over het redres der saeken van de Admiraliteit. 1719." Quae invenitur in ejus scriptis politicis t. IV, p. 297.

Ut vidimus, Admiralitatibus jurisdictio datur de praedis, quae captae essent a navibus bellicis aut a praedatoriis privatis. Quaestio orta est a° 1673: naves quae sine mandato Ammiralis enavigarent, ut sunt onerariae, si naves hostiles sibi obviam factas, occupavissent, num de his praedis judicaret Magistratus, cui ordinaria jurisdictio mandata esset. O. O. Hollandia decreto suo 14 Apr. 1673 complexi sunt, talis rei cognitionem, ad Admiralitates pertinere 1). Sed recte mihi videtur hoc decretum impugnare *Bijnkershoek* nam, dicit, »Admiralitatum jurisdictio non est nisi delegata, et in omni jurisdictione delegata regula est, omni exceptione major, quicquid specialiter delegatum non est, ad ordinariam jurisdictionem pertinere." Naves autem onerariae nec sunt bellicae neque ex mandato Ammiralis enavigant. Igitur hancce distinctionem proponit docts. Praeses, »de praeda, quam Admiralitatum mandatarii capiunt, Admiralitates judicent (§ 3 Instr.); de ea, quam milites, sive terra, sive mari, Judices militares, quorum de factis militum propria jurisdictio est: de ea quam pagani, Judices pagani" 2). Acriter etiam fuit disputatum, an Admira-

1) *Plak.* III. 10. 3. 55.

2) *Bijnkersh.* Q. J. P. c. 18, p. 138.

litas jurisdictionem suam extendere posset in illa bona, quae jam in civitatem aliquam fuerint delata? quod negatum fuit, quia civitates Belgicae in illa sibi judicium sumunt. Cff. citata apud *Pesters* in diss. de jure marit. foed. Belgii. Tr. ad Rh. 1770.

Saepe speciales leges (Reglementen op de Commissievaarders), dederunt praedatoriis navibus O. O. G. G. Sed haec omnia recitare nec vacat nec lubet, quum ad argumentum nostrum nihil faciant. Plures legg. et O. O. G. G. et exterarum gentium vide apud de *Martens*, essai sur les armateurs, c. I. § 9, not. 9. Dabimus tantum *legem* 28 *Julii* 1705, quae nonnulla habet de revisione sententiarum Admiralitatum.

Art. 22. Praeda in portum deducta, Advocatus fisci collegii admiralitatis illius tractus (district), magistrum navis captae et nautas interrogabit una cum magistro et nautis navis praedatoriae: si ab his aliquod tentatum fuerit contra edicta, in eos processum instituet.

25. Annotatorem (boekhouder) omnia documenta collegio tradere oportet, intra 48 horarum spatium. 26. Intra seq. 48 horarum spatium annotatori addere licebit libellum qui contineat causas quae faciant ut navis capta publicari debeat. 27 Alia documenta non accipiet Admiralitas, et intra ter saltem 24 hor. spatium documenta ei tradita examinabuntur: si praeda injuste capta fuerit, eam dimittet de facto sine ulteriore forma processus: expensa accipiet (kosten verhalen) a fidejussoribus et societatibus exercitoriis. 28 Una die hebdomadis, 5 consiliarii (quorum unus saltem domicilium non habens in provincia ubi collegium adest), vocabuntur ut causas praedatorias dijudicent. 29. Si navem esse hostilem

apparuerit, tempus competens constituetur et edicetur, intra quod quisquis, quem refert, jus suum defendat in praedae partem; nemine comparente, jus de plano dicetur. 30. Si causa sit dubia, disceptabitur illa in judicio.

32. Causa tunc summarie instruenda et quidem intra 6 hebdomades, nisi aequitas erga peregrinos dissitos moram longioris temporis deposcat. 33. Quo facto sententia intra 14 dies ferri debet. 34. Licet litigantibus querelas de tarditate judicii ad O. O. G. G. deferre, qui causae finiendae tempus praefigunt, non finitam rogati a collegio moram faciente avocant, et dirimunt eam sine litigantium sumtu per eos viros quos ex coetu suo ad res maritimas tractandas delegare solent (Gedeput. tot de Zeezaken), submota revisione.

35. Praedator aut dominus ad revisionis beneficium confugere potest. 36. Indigena intra duos, alienigena intra 4 menses. 37. Lis intra 6 hebdomades instruenda et intra mensem proximum terminanda est a judicibus supremis, dictis »Reviseurs." 38. Hi viri sunt numero 7 sorte lecti, et quidem 3 Consiliarii ejus Collegii, quod sententiam tulit, ac 4 cognitores novi ex coetu O. O. G. G. Additur adjunctus vel ab-actis 1).

In locis ubi consules Reipublicae nostrae negotia procurantes, adsunt, inventarium mercium et earum venditio fiet coram consule, duobus mercatoribus Belgis, qui una cum magistro navis, duobus tribunis militum (officiers) et illo qui dic. »factoor" inventarium subscribere debent, et omnia mittent collegio admiralitatis ad cujus

1) *Gr. Plak. B.* V, 309.

jurisdictionem praedo pertinet, pretio venditionis remanente apud factorem 1).

---

Haec et alia edicta ante oculos habuere illi qui a° 1789 Instructionem collegii admiralitatis composuerunt, quae tamen introducta non est. Invenitur in opere cui titulus: *Staat der Defensie van de Republiek der Vereenigde Nederlanden*, enz. Bylage, litt. A.: »zynde een *Concept-Instructie* voor den Raad ter Admiraliteit der Vereenigde Nederlanden."

E quo specimine effluxisse videtur lex quae concilium maritimum reipublicae Batavae instituit 2 d. m. Aprilis 1802, vocatum »*Zeeraad* der Bataafsche Republiek."

---

Art 7. Concilium hoc constituetur Hagae Comitum, ibique domicilium suum habere debebunt Consiliarii. 2. Usque ad tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis conjuncti esse non possunt. 3. Munus eorum est perpetuum neque aliam dignitatem tenere possunt. 4. Officium spondere nequeunt externae potestati, neque munus vel gratificationem ab ea accipere. 5. Socii esse nequeunt in societate exercitoria naves praedatorias tenente, neque emere possunt praedas, neque partes cum aliquo in tali re habere, neque portionem vel partes habere in perceptione vectigalium quae dic. »convoyen en licenten" neque in perceptione illorum, quae dic. »gemeene middelen." 6. Commercium non faciant, subjectum legibus latis de vectagilibus dictis »conv.

---

1) Ed. 9 Jan. 1673. (*Gr. Pl. B.* III, 234).

en lic.'' Consiliariis accipere non licebit donationes vel munera ab ullis collegiis neque ab ullis personis sibi conjunctis gradu conguinitatis vel affinitatis tertio, quos sciant processum habere vel habituros coram collegio, vel quos sciant processus jam habuisse tempore quo consiliarii ipsi essent; etsi inscii dona quamvis parva acceperint, ipsi, vel uxor liberive, statim collegium hujus rei certius facient, et dona restituent. 8. Nullis emolumentis iis frui licebit, sed contenti sint honorario.

12. Convenit Concilium quotidie, diebus Saturni et Domini exceptis.

13. Praesidis locum unusquisque per hebdomadem tenet: si praeses adesse non potest, vices ejus agit ille qui superiori hebdomade praeses fuit.

49. Ad jurisdictionem Concilii pertinet cognitio de omnibus praedis factis a navibus bellicis vel praedatoriis privatis: item de omnibus litibus inter naves illas ortis, et de omnibus delictis his in rebus perpetratis.

50. Biduum quaque hebdomade statuetur, quo lites his de rebus audientur: et 8 d. post primam sessionem publica denuntiatio ejus rei fiet.

51. Quum de sententia definitiva deliberabitur, non pauciores 5 consiliariis adesse debent: sententiae pronunciandae apertis foribus.

54. Quod attinet ad praedas in portum reipublicae deductas, eas bene custodiri et coram personis competentibus exonerari, inventarium fieri, speciebus et numeris notatis, merces quae in cistis, caet., fuerunt, bene signari et in idoneo repositorio (pakhuis) eas deponi curabit Concilium.

55. Concilium omnia documenta maritima, chartas partitas, epistolas, caet., custodiri jubebit, et advocatus fisci relationes magistri navis nautarumque colliget.

56. Merces, quae corrumpi possunt, statim vendendae in gratiam eorum ad quos pertinent: pretium deponendum apud eum cui competit (gequalificeerden), vel apud proximum Collectorem vectigalium (lands-ontvanger), et ibi manebit usque ad sententiam latam a concilio.

57. Si moneta, uniones, caet. vel aliud aurum argentumve inter praedas adducuntur, exonerari haec non licebit, nisi saltem praesentibus tribus personis a Collegio missis, qui inventarium harum rerum subscribant: omnibus deinde signaculum reipublicae apponetur: tunc agendum est secundum art. 56.

58. Relatione accepta, Concilium vel ejus mandatarii una cum Actuario aliove relationes ulteriores et integras colliget, partes audiet, causamque instruet; et, sine morâ, advocatus fisci ratione officii (et si navis sit praedatoria privata idem ille cum exercitoribus et annotatoribus talium navium) veniam rogabit, ut edicto citentur omnes qui venire velint ad praedas vindicandas vel defendendas; at si contumaces fuerint, seqq. citationes fient post duas hebdomades, vel si causa manifesta sit, post unam; et si quarta vice non comparuerint (het vierde default), Concilium decernet de libello, dicto *intendit*, et aliis documentis, quae in originali ipsi sunt tradenda: tunc praedae definitive adjudicabuntur, si vindicantis rogatio videatur justa, iis quibus competit.

59. Praedas quam celerrime post terminatum processum vendi Concilium curabit, vectigalibus, caet., probe solutis.

60. Quando naves, sub vexillo hostili navigantes, a navibus bellicis reip. capiantur, de his sententia dicetur de plano intra 8 dies post navium deductionem.

61. Post factam condemnationem, merces statim vendi curabit Concilium, secundum art. 59, ut partitio locum habeat quam celerrime inter duces, nautas, caet.

62. Si praedae in portum reip. deducantur, sive a navibus bellicis potestatum exterarum, quibuscum pax vel amicitia est, sive a praedatoribus sub vexillo neutrali vel sociorum navigantibus, Concilium observari probe curabit tractatus vel foedera cum talibus gentibus inita.

62. Quod attinet ad modum agendi et judicium de praedis a navibus reip. et a praedatoriis privatis in portum externum deductis, Concilium observabit ea quae de his postea statuentur.

67. Omnia mandata judicialia, sententiae, caet., quae a Concilio edicentur secundum tenorem hujus instructionis effectum sortientur, caet. Neque ad aliud tribunal provocare licebit, nisi quod in causis civilibus summam 600 fl. excedentibus, revisionem vel propositionem erroris rogare licebit eos, qui suprema gaudent potestate exsecutrice, (Staats-Bewind); qui 4 jurisconsultos vel alios peritos committent, ut una cum tribus consiliariis a Concilio nominatis processum revideant, sententiamque ferant num pretium venditionis restitui debeat condemnato nec ne: revisionem petens summam consignare debet quam necessariam judicaverit auctoritas publica ex propositione Concilii, ut honoraria solvantur consiliariis adjunctisque: si de sententia ferenda inter se differant tres consiliarii revisores a Concilio nominati, unus esse debet qui diversam ab

impugnatâ sententiam tulerit, — Quod attinet ad revisionem generaliter observabitur illud quod fieri possit secundum stylum (naar styl praktikabel is) et legg. reip. statutum est vel statuetur 1).

---

Anno 1810 post abdicatum imperium a Ludovico Napoleonti, legg. Francicae in patriam nostram fuerunt introductae. *Decretum* Imperatoris 18 Octobr. 1810 sanxit tit. VI, a. 53; Inde a die 1 m. Jan. 1811 jus dictum iri secundum legg. generales imperii Francici et a tribunalibus ab Imperatore constitutis. Tit. IX, a. 201. Omnia quae pertinent ad praedas, earumque cognitionem et partitionem regentur secundum legg. et decreta quae in Francia vigent. Eodem tempore concilium praedarum Hollandiae supprimetur. Duo ex illo consiliarii eligentur qui sedem habeant in concilio praedarum Parisiensi 2). Legg. Francicas quae huc pertinent infra referemus. Sed tamen exceptionem fecit Imperator quod ad memorabile decretum 6 germinal an VIII: nam sanxit *decreto* suo 10 Oct. 1811: »Curiam Imperatoris Hagae comitum (cour Impériale), quae constituta fuerat super. decreto, designare debere, unam classem (une de ses chambres), quae sententiam ferret, tamquam curia specialis, secundum legg. Hollandiae et salva provocatione ad Concilium Status, de negotiis spectantibus vel praedas factas in Hollandia a copiis terres

1) Verzameling der Publ. voor de Ingezetenen der Bataafsche Republiek van 22 Aug. 1801 — 15 Junij 1802, vol. IX, p. 297.

2) Bulletin des lois 1810 n. 322.

tribus sive maritimis, a vectigalium praepositis aliisve officialibus Batavis (fonctionnaires), vel praedas factas a praedonibus aliisque navibus armatis" 1).

---

Post rerum conversionem anni 1813, praedarum materia tributa fuit Curiae Supremae (Hoog Geregtshof).

Decretum 11 Dec. ejusdem anni statuit: sententiae latae a Curia suprema, quae tamquam curia specialis extraordinaria sententiam ferre debet de praedis a copiis terrestribus maritimisve factis, nulli erunt subjectae provocationi. Lites adhuc pendentes apud Concilium status Franciae item deferri poterunt ad duas classes (kamers) Curiae supremae" 2).

Anno 1814 haec mutata fuerunt, jurisdictione mandata Curiae Supremae, dictae »Hoog Geregtshof voor de Financiëen en Zeezaken der vereenigde Nederlanden."

Lex nempe 4 Jan. 1814 continens modum procedendi in negotiis spectantibus res maritimas, dicit. a. 7: Curia Suprema porro habebit jurisdictionem in omnes praedas factas a navibus bellicis reipublicae vel a navibus a privatis personis instructis et quae enavigarunt litteris marcae munitae: in omnes quaestiones litesque quae oriri possint inter naves praedictas hac de re, in delicta quae perpetrabuntur hâc occasione. — a. 10. Curia Suprema sequi debet legg. latas de hacce materia, et quae vigebant quum Hollandia Imperio Francico ad-

---

1) Apud *Merlin*, Répertoire, v. prise maritime.

2) Staatsblad No. 10.

juncta fuit: item illas, quae post rerum conversionem anteriores legg. ampliaverunt, vel quae adhuc ferentur 1).

Hic status rerum duravit usque ad annum 1819: lex 24 Dec. ejus anni constituit, inde a die 31 Dec. 1819 cessare auctoritatem hujus Curiae Supremae: et 1. d. m. Jan. 1820 jurisdictionem harum rerum delatum-iri ad judicem Ordinarium" 2).

Haec ita permanserunt usque ad annum 1838, quum decretum 10 Aprilis, cui titulus: »besluit houdende bepaling van het tijdstip, waarop de invoering der nieuwe Nederl. Wetgeving en de instelling van den Hoogen Raad zal plaats hebben," sanxit art. 2: Curia Suprema convocabitur die Veneris 1 Jun. h. a. et inde ab hac die usque ad novam legislationem introductam occupata erit sqq. negotiis. Legem adumbrare conabitur in crimen piraticae, item in lites civiles et delicta in causis praedas spectantibus, memoratis a. 89 et 93 legis de ordine judiciorum.

Haec lex ad hoc usque tempus non prodiit. Fama quidem tulit, Curiam Supremam Concilio status exemplar legis in hanc materiam proposuisse, sed quales fuerint dispositiones hujus legis non liquet. Satis constat legislatori duo esse consideranda:

1°. Praecepta quaedam dare debet de moderanda re praedatoria: exemplar det (model) litterarum marcae, litterarum redemtionis (rantsoeneerbrief); edictum proponat quo illa facultas redimendi bene definiatur et intra justos terminos coarctetur. — caet.

---

1) Id. No. 4.
2) Id. No. 59.

2°. jurisdictionem ordinare debet. Haud scio an bene ageret legislator, si definiat

*a*. jurisdictionem ipsarum praedarum.

*b*. Jurisdictionem criminum in navibus praedatoriis commissorum. — Fortasse crimina haec dijudicari possent secundum leges nauticas: (Crimin. Wetb. voor het krijgsvolk te water); differri posset judicium usque dum in portum deducantur naves.

# CAPUT SECUNDUM.

## DE JURE MARITIMO CIRCA COLLEGIA ARCHI-THALASSICA IN GALLIA.

Ante rerum conversionem anni 1789 varia edicta lata fuerunt, quae jurisdictionem in materia praedarum definirent. — Nos brevem tantum conspectum dabimus.

Antiquitus competebat officialibus admiralitatis (officiers de l'amirauté) non solum instructio processus sed etiam tota cognitio de praedis. Vide *Edicta* anni 1400, art. 4, 6, 7, 10, 12, 24: anni 1527, a. 2, 3, 5, 8, 9: a. 1543, 1584, art. 32, 33 sq., anni 1643, a. 19, 20 sqq. 1). De rebus majoris momenti Ammiralis ipse statuebat: »sauf à renvoyer devant l'Amiral les matières de grand prix, èsquelles ils verraient, qu'ils ne pourraient pas être obéis." (a. 24 Ed. a. 1400). Sed quum lites fierent longiores et ideo ardor praedonum minueretur, (provocatio nempe ad Parlamen-

1) Omnia inveniuntur apud *Jourdan*, Recueil général des anciennes lois françaises depuis l'an 420 jusqu'à la révolution de 1789.

tum vel tribunal quod dicebatur »table de marbre," et tempus et impensas multas requirebat, imprimis si plures essent actores), optimum visum est jus statuendi de praedis sine discrimine tribuere ipsi Ammirali. Quonam tempore hoc factum sit accurate definiri nequit. *Valin* putat, hoc munus datum fuisse Ammirali post annum 1584, quia declaratio regia 1 Febr. 1650 id quodammodo ostendit 1). A. 6. »si aucune prise avait été faite . . . . . ., les procédures en seront faites par nos officiers de l'Amirauté du port où elle arrivera, et *envoyées à la dite Dame Reine notre mère pour être jugées en la manière accoutumée* . . . . suivant la rigueur de nos ordonnances." Cf. a. 9 ibid. 2) Ludovicus XIII Ammiralis officium abrogavit et in gratiam cardinalis de Richelieu loco hujus dignitatis substituit illam, quae dicebatur »grand-maître de la navigation;" igitur ab eo inde tempore illi, qui hoc munere ornabantur, etiam de praedis judicabant.

Successores cardinalis memorantur de Brézé, Regina mater Anna Austiaca, dux a Vendôme, et dux a Beaufort. D. 20 Dec. 1659 institutum fuit Concilium praedarum. Constabat ex delectis viris, Consiliariis Status et illis qui dicebantur »maîtres des requêtes;" judicibus caeteris exclusis judicabat de praedis, navium hostilium naufragiis, caet., provocatio erat ad Concilium Status 3).

---

1) *Valin*, traité des prises, cap. XIV, No. 6.

2) Inven. apud *Valin*, l. l. pièces justificat. p. 3 »Déclaration du Roi portant réglement sur le fait de la navigation, armement de vaisseaux, et des prises qui se font en mer.

3) Commission qui établit des Commissaires pour juger les prises auprès de M. le Duc de Vendôme, apud *Valin*, l. l. pièces justif. p. 11.

Dignitas Ammiralis fuit a Ludovico XIV restaurata in gratiam comitis a Vermandois: sed quum ille minor esset, sententiae ferebantur nomine regis: edicto autem 23 Sept. 1676 rex comiti jura sua servavit exercenda quando major natu esset 1). Illo mortuo, idem sancitum fuit in gratiam comitis de Toulouse. — Ex edicto 6 Junii 1672, decima praedae pars tribuebatur Ammirali; porro deductis impensis litis (frais de justice), reliqua dividebantur in tres partes: una cedebat dominis navium, altera praedonibus (armateurs), reliqua nautis. Si navis praedatoria esset publica, tota praeda cedebat regi, deductis decima Ammiralis et impensis 2). Deinde lata fuerunt seq. edicta: Instr. 16 Aug. 1692 »*Instruction que le Roi veut être observée dans les procédures des prises qui seront faites en mer* 3).” Sententia Concilii Status 26 Oct. 1692: »*Arrêt du Conseil d'Etat du Roi, portant Réglement pour les procédures concernant les prises faites en mer, et qui ordonne l'élection de domicile* 4).”

Anno 1695, d. 9 Mart. latum fuit celeberrimum Edictum, confirmatum Edictis 12 Maji 1702, 12 Febr. 1719 3 Nov. 1733, 23 Apr. 1744. — Inde ab hoc tempore officialibus admiralitatis jus tantum relictum fuit processum instruendi et exsequendi judicia de praedis lata

---

1) Réglement pour l'assemblée du conseil de Marine, ou des prises, et sur la manière dont il y sera procédé; apud *Valin*, l. l. p. just. p. 17.

2) Réglement sur le fait de la procédure des prises qui se font en mer; apud *Valin*, l. l. p. just. p. 12.

3) *Valin*, l. l. p. just. p. 25.

4) *Valin*, l. l. ibid. p. 31.

ab Ammirali in concilio praedarum 1). Sequentia edicta a. 1702, 1719, 1733, 1744, ut diximus, jurisdictionem Ammiralis confirmant: multa insuper alia de praedis statuta fuerunt, quorum nonnulla inveniuntur apud *Valin* l. l. Inter haec est Ed. 23 Julii 1704. »*Réglement du Roi, pour les prises faites en mer, et pour assurer la navigation des Etats neutres et alliés pendant la guerre* 2). Sed haec omnia recitare non lubet, quia fere nova esset scribenda dissertatio si legislationem Galliae caeterarumque exterarum gentium penitus evolvere oporteret. Quare haec missa facientes ab anno 1778 initium faciemus.

Scilicet occasione belli inter Galliam et Britanniam de Americanis in libertatem se vindicantibus orti, anno 1778, Ludovicus XVI instituit Concilium Praedarum, a quo esset provocatio ad Concilium aerarii. Cf. *Arrêt du Conseil portant établissement du conseil des prises, dont les appels seront portés au conseil des finances, du* 19 *Juillet* 1778 3). Eodem die Rex tulit Edictum, inscriptum,

1. *Réglement sur le conseil des prises et la forme d'y procéder.*

1. Praefectus classis (ammiralis) et delegati regii edicta (ordonnances) dabunt, secundum quae materia praedarum judicabitur: porro ad eorum jurisdictionem pertinebunt, partitio praedarum, et omnia quae hanc spectant; etiam lites de naufragio navium hostilium: neque

1) *Valin*, traité des prises, c. 14, No. 18.

2) *Valin*, l. l. p. 85.

3) *Jourdan*, Recueil général des anciennes lois françaises, depuis l'an 420 jusqu'à la révolution de 1789. Tome III du règne de Louis XVI, p. 357.

propterea opus erit auxilio procuratoris regii. 2. Concilium conveniet in domum praefecti, certis diebus; actuarius generalis (sécrétaire-général) rerum maritimarum votum feret deliberativum. 3. Praeses erit praefectus, et, si par suffragiorum numerus sit, ille decernet. 5. Damna et aestimationem praeses et delegati component. 7. Magister navis praedatoriae concilio archithalassico saccum obsignatum tradet, continentem illa quae in nave capta invenerit, secundum tenorem art. 40 decreti 25 Junii h. a. 1). 8. Idem domicilium eliget in loco ubi est concilium nauticum ad quod praeda deducta erit. 9. Praevia cognitio de naufragio navium hostilium, praedis et divisione earum pertinebit ad concilium archithalassicum (officiers des amirautés), in cujus jurisdictione naufragium acciderit: neque tamen judicium de his feret. 10. Iidem officiales merces corruptioni subjectas vendere poterunt. 11—15. Pertinent ad modum procedendi. 16. Agit de praedis in colonias deductis: idem fere est ordo judicii. 18. Provocatio a sententiis concilii nautici erit ad concilium regium aerarii; praefectus classis ibi sedem habebit. 19. Provocationes illae judicabuntur audito procuratore regio apud concilium praedarum. 20. Non tamen provocari poterit a sententiis praefecti classis et delegatorum quae jam ante sex menses significatae fuerint, a die computandos significationis factae domicilio electo: hoc vero non electo, a die quo in acta concilii nautici relatae sint (enrégistrement). 21. Provocans gravamina sua

---

1) *Jourdan*, l. l. p. 314, »*déclaration concernant, la course sur les ennemis de l'état.*"

proferre et litem terminare debebit post sex hebdomades 1).

2. *Arrêt du conseil suivi de lettres patentes portant réglement pour les marchandises provenant des prises faites en mer sur les ennemis de l'état.* 27 *Avril* 1778.

Hoc decretum agit de genere et qualitate mercium a praedatoribus captarum, quae in Gallia consumi poterunt, et de vectigalibus quae pro iis sint solvenda 2).

Post rerum conversionem in Gallia anni 1789, quum anno 1793 bellum cum Britannia exspectaretur, Concilium Delegatorum Populi (Convention Nationale) decretum dedit, quod civibus permisit praedationem exercere maritimam 3).

3. *Décret qui détermine le mode de remplacement des officiers de la marine et l'uniforme de la marine militaire: du* 6 *Février* 1793.

Art. 13. Concilium Delegatorum decernit totum pretium navium mercatoriarum, quae capientur a navibus Gallicis, dividendum esse inter socios navales captores (équipage) 4).

4. *Décret relatif au jugement des contestations qui pourront s'élever sur les prises faites par les vaisseaux de l'état ou par les corsaires.* 14 *Février* 1793.

---

1) *Jourdan*, l. l. p. 358. *Lebeau*, Code des prises.

2) *Jourdan*, l. l. 381. *Lebeau*, eodem.

3) *Duvergier*, Collection complète des lois, décrets etc. de 1788 à 1830 inclus. V, 132.

4) *Duvergier*, l. l. V, p. 141.

1. Judicium de litibus, cum de quaestione an justae sint praedae, tum de partitione earum vel etiam de aliis quae praedas spectant, tribuitur tribunalibus mercatoriis quae sunt in locis in quae praedae deductae fuerint. 2. Sin hoc tribunal ibi non adsit, judicium tribuitur tribunali ejusdem tractus (district). 3. Provocatio ab his erit ad tribunal portus proximi. 4. Munera, quae antea pertinebant ad concilium archithalassicum (amirauté), nunc transferentur in judices ita dictos pacis: cognitioni praeviae praeerunt, et quam celerrime ea quae huc pertinent ad tribunal mercatorium mittent. 5. Legg. antiquae de praedis observabuntur, donec aliud placuerit. 6. Naves hostiles detentae in portubus secundum mandata concilii exsecutivi vendentur ex praescripto hujus legis: pretium deponetur apud quaestorem regionis, (receveur de district) ibique manebit, donec aliud Concilium Legiferum mandaverit 1).

5. *Décret relatif aux conditions exigées pour l'admission des prises dans les ports de France: du* 19 *Février* 1793 2).

6. *Décret qui autorise les tribunaux de commerce saisis antérieurement au décret du* 14 *Février* 1793, *de procédures relatives aux prises, à prononcer définitivement du* 21 *Février* 1793 3).

7. *Décret qui détermine le mode de répartition des prises faites par les vaisseaux français sur les ennemis de la France, du* 1 *Octobre* 1793.

---

1) *Duvergier*, l. l. p. 151. *Lebeau*, III, p. 320. *Martens*, Recueil des principaux traités, etc., VI, p. 755.

2) *Duvergier*, V, p. 159.

3) *Duvergier*, V, p. 167.

1. Omnes naves cujuscunque generis bello vel mercaturae vel piraticae inservientes, quae a navibus reipublicae capientur, omniaque pretiosa aliaque quae in his inveniantur, tribuentur captoribus secundum tenorem decreti 6 Febr. 2. Reipublicae utilitate requirente, ut naves bellicae armatae 20 vel pluribus tormentis (canons) ab hostibus captae usui reipublicae cedant, pretium captoribus solvetur secundum definitum modum. 4. Licet hoc pretium solvatur, captoribus etiam relinquentur pretiosa aliaque quae in navibus invenerint. 6. Vendentur omnia quae respublica non acquisiverit, secundum modum infra dicendum, et omnia expensa in litem, custodiam, caet., mercium, solventur ex pretio venditionis, aestimationis, caet. 7—33. Modum partiendae praedae definiunt. 37. Naves Gallicae, postquam jam 24 horarum spatium in hostium potestate fuerint, a navibus reipublicae liberatae, cum vectura integrae cedent captoribus: si vero ante hoc spatium hosti ereptae fuerint, nonnisi tertia pars pretii navis et vecturae iis cedet. 38. Horis 24 elapsis post adventum praedarum in portum in quem fuerint deductae, initium fiet a causae cognitione 39. Hebdomade sequenti post sententiam a tribunali mercatorio latam, vel si provocatio fuerit ab ea, post sententiam definitivam, graphiarius apographa duo (expéditions) faciet; unum judici pacis mittet, qui hoc post 24 horas in acta referet (enrégistrer à son greffe), alterum praefecto portus (ordonnateur) quo praeda deducta fuerit; si ille non adfuerit, officiali nautico (officier civil de la marine). 40. Tribus diebus post hanc in acta relationem, judex pacis praefectos vel officiales nauticos certiores faciet sententiae quam tribunal tule-

rit, uti et navium captarum earumque vecturae cum apographo inventarii. 41. Statim ad exonerationem praedae pergi oportet: antequam venditio locum habeat, ubique descriptio rerum vendendarum mittetur: mente elapso post finitam exonerationem, venditio locum habebit. Judex pacis eam moderabitur, praesentibus captoribus vel eorum procuratoribus. 45. Omnes lites interea pro tempore judex pacis judicabit. Si ejus sententia non placuerit, arbitri vocandi sunt, qui sine provocatione judicabunt. Numero erunt sex, ab ambabus partibus eligendi, vel si una pars eligere noluerit, tribunal mercatorium eos eliget. 46. Nulli captorum licet partem suam vendere, antequam sententia dicta fuerit. Omnis talis cessio pro nulla hebebitur. Emtor pretium solutum perdet, et condemnabitur in mulctam **1000** librarum 1).

---

8. *Décret relatif aux contestations sur la validité des prises faites par les corsaires; du* 18 *Brumaire an II.*

Omnes lites de quaestione an justae sint praedae quae jam ortae sint vel quae oriri possint, componentur a concilio exsecutorio. Decretum **14** Febr. vim habere desinet (est rapporté); (quod judicium de his tribunali mercatorio tribuebat) 2).

9. *Loi relative aux prises faites par les vaisseaux de guerre de la république: du* 23 *Messidor an II.*

---

1) *Duvergier*, l. l. VI, p. 199.

2) Id. l. l. VI, p. 279. *Martens*, Recueil, VI, p. 760.

1. Consignatarii et praepositi venditioni praedarum descriptionem et rationes gestionis suae mittere debebunt delegato rei nauticae et coloniarum 15 dies post insertionem hujus legis Collect. Auth. (Bulletin). 2. Simulac praedae a navibus reipublicae factae in portum advectae fuerint, sub custodia erunt delegati supra dicti. Quum judicibus pacis et praepositis custodiae innotuerit, navem captam in portum esse deductam, fores navis obsignabunt. 3. Omnes praefecti, magistri navium captarum, omnia quae navem spectant declarare debebunt, 24 horis elapsis, coram judice pacis et custode praeposito a delegato. 4. 24 horis post hanc declarationem, delegatus initium fieri curabit a lite. Huc pertinent: obsignatio, declaratio magistri navis, interrogatio trium saltem captivorum, si tot adsint, et productio documentorum de proprietate navis (pièces de bord). Inventarium horum fiet, quod post biduum delegato mittendum est, una cum descriptione et charta vecturae. 5. Modum venditionis definiet coetus, potestate exsecutrice suprema praeditus, dictus salutis publicae (comité de salut public) 1).

10. *Loi concernant la vente des marchandises provenant des prises faites sur les ennemis de la république: du* 12 *Frimaire an III* 2).

11. *Loi sur l'administration des prises faites sur les ennemis de la république: du* 3 *Brumaire an IV.*

1. Tempore belli maritimi, illi qui rerum summae

1) Bulletin des lois. No. 90.

2) Id. No. 484.

praesunt (Directoire exécutif) mandata edent clara et perspicua, quorum verba nullum dubium relinquant praedatoribus quaenam sint earum officia et jura. 2. Nave depraedata, magistri navium praedatoriarum capient chartas partitas, cognoscimenta, caet. Haec, magistro navis captae praesente, in sacco deponentur, idemque ea obsignare debebit. 3. Nulli ex captoribus licet chartas, vel res aliquas ad navem captam pertinentes, subtrahere, sub poena carceris duorum annorum. 6. Praeda in portum advecta reipublicae, magister navis declarationem suam faciet judici pacis, eique tradet chartas et captivos navis. 7. Judex pacis, vel si non adsit, unus ex assessoribus, descriptionem summariam verbalem faciet conditionis navis captae, et hujus navis magistro, vel duobus e comitatu nautisve praesentibus, obsignabit fores. Quae obsignatae rumpi non poterunt nisi praeposito vectigalium (douanes) praesente. 9. Judex pacis merces vendere poterit, si metuenda est earum corruptio. 10. Judex pacis 24 horis elapsis postquam ei chartae, caet., traditae fuerint, litem instruet. 11. Huc pertinent: receptio declarationis magistri navis captae, interrogatio trium saltem captivorum, inspectio documentorum. 12. Si navis fuerit advecta sine captivis, chartis partitis, cognoscimentis, socii navales navis captoris interrogabuntur separatim de iis, quae acciderint (circonstances) in praeda facta, ut ii ad quos pertinuerit innotescant. 13. Judex pacis inventarium faciet chartarum, documentorum, caet., quae ei tradita sunt vel quae invenit: omnia intra biduum post summariam cognitionem, mittet tribunali mercatorio loci ubi praeda advenerit; si hoc ibi non adsit, ea mittet tribunali pro-

ximi portus. 14. In portu regionum armis subactarum, ubi Judex pacis non sit, magistratus municipalis vel alius civilis ejus officia implebit. 15. Tribunalia mercatoria sententiam pronuntiare oportet de eo an praeda justa sit, decade elapsa post acceptam relationem cognitionis praeviae 1).

12. *Loi réglant l'appel en matière de prises du* 8 *Floréal an IV.*

1. Provocatio a sententiis tribunalis mercatorii erit ad tribunalia provincialia (de département). 2. Si in his neutralium gentium commodi rationem habere oportet, quae huc pertinent communicabuntur cum delegato potestatis exsecutricis, 24 horis elapsis postquam instrumenta apud tribunal fuerint deposita. 3. Si necessarium hoc delegato videatur, statim sese convertet ad administrum justitiae, qui, potestate exsecutrice audita, post 10 dierum spatium responsum mittet: delegatus judicio exhibebit libellum actionis. 14. Consules et vice-consulum fungentes in portu extraneo ubi praedae a Gallis factae deducantur, cancellarios tractare jubebunt ea quae judici pacis competunt secundum legem 4 Brumaire. 5. Consules et vice cons. fungentes, eodem modo quo tribunalia mercatoria, sententiam ferent de quaestione an praeda sit legitima. 6. Provocatio item ab eorum sententiis erit ad tribunalia provincialia 2).

Quum dubia exorta essent de modo quo dominium definiretur navium et mercium neutralium, potestas ex-

---

1) *Martens*, Recueil, VI, p. 760.

2) *Martens*, ibid. p. 763. *Duvergier*, IX, p. 93.

secutrix (Directoire) statuit, art. 7 legis 13 Nivôse an III, non derogare legi 9 Maji 1793, quod ad Rempublicam foederatam Americae Septentrionalis. Lex 9 Maji nempe, statuebat, inter alia, navibus praedatôriis Gallicis apprehendere licere naves neutrales, quarum vectura vel tota vel pro parte constaret mercibus hostium. Jam Americani ad legem 13 Nivôse an III provocabant, statuentem, omnia contraria conventionibus inter Galliam et neutrales gentes Europae et Americae pro nullis esse habenda. Sed, qui rerum summae in Gallia praeerant, dicebant, conventionem inter Galliam et Americam 6 Febr. 1778 cessasse conventione Londinensi 19 Nov. 1794 inter Americam et Angliam inita, quia art. 2 tractatus 6 Febr. dicebat »omnes favores, caet., quos unus contrahentium alii genti concederet, communes futuros alteri." Quum vero omnia juris gentium officia violarentur ab hostibus Galliae, maxime ab Anglis, Galli par pari referre volebant, unde legg. 14 et 28 Messidor an IV: »*qu'il usera des justes mesures de réciprocité, qu'il était en droit d'exercer à cet égard en tout ce qui tient aux circonstances de la guerre ainsi qu'aux intérêts politiques, commerciaux et maritimes de la république Française.*" Ne igitur naves praedatoriae et tribunalia diutius in incerto essent, quinam vigarent tractatus, sequens decretum latum est.

---

13. *Arrêté du directoire exécutif relativement à la navigation des navires neutres chargés de marchandises ennemies : du* 12 *Ventôse an V.*

Pauca sunt quae ad nostrum argumentum faciunt.

1, 2. Delegatos Reipublicae curare oportet, ne judicium feratur de praedis maritimis secundum art. 7 legis 13 Nivôse an III, antequam consuluerint administrum justitiae, ut jubet art. 3 legis 8 Floréal an IV. Hic inquiret num foedera, ad quae provocant neutrales ut liberentur constitutis a lege 13 Nivôse, adhuc vigeant an cessaverint.

4. Modus definiendi dominium navium et mercium neutralium is erit quem praescribunt edicta 21 Octobris 1744 1) et 26 Julii 1778 2), secundum quod jubet lex 14 Febr. 1793. Igitur, pro justa habebitur praeda omnis navis Americana, quae non instructa sit catalogo nautico (rôle d'équipage) ut describitur in exemplari annexo tractatui 6 Febr. 1778 3).

---

14. *Loi relative aux délais pour l'instruction et le pourvoi en cassation contre les jugemens en matière de prises maritimes du 4 Plairial an VI.*

Visum est Concilio Quingentorum, moras antea concessas provocationis instituendae causa nocere reipublicae et mercaturae; cum, sociis praedatoriis, si praeda legitima fuerit; tum, navium captarum dominis, si non justa: socios denique, navium instruendarum hoc rerum statu non esse cupidos; igitur decrevit :

1. Nulla provocatio a sententia tribunalis mercatorii de praedis valebit, nisi 10 dierum spatio interjecta.

2. Hoc tempore, provocans apographum judicii (ex-

---

1) Nouv. Extr. 1744, No. 47, 93.

2) *Martens*, Rec. IV, p. 198. *Jourdan*, l. l. p. 366.

3) *Martens*, Rec. VI, p. 769. *Duverg.* IX.

pédition) tribunali supradicto mittet, una cum omnibus documentis. 3. Decem diebus post, judices sententiam pronuntiabunt. 4. Judicium illud latum omnibus documentis inspectis (sur la vue) et audito delegato potestatis exsecutricis pro contradictorio habebitur. 5. Provocatione uti non poterunt partes nisi 10 diebus post significatum judicium. 8. Tribunal intra 10 dies pronuntiare debebit num libellum (mémoire) querelarum condemnati admittat nec ne. 9. Priori casu, appellans adesse debebit intra 10 dies, addito die in 10 horas. 10. Judicium feretur intra 10 dies post moram citationis 1).

---

15. *Loi qui assujétit les neutres à fournir caution pour l'exécution des jugemens définitifs, avant l'expiration du délai pour le pourvoi en cassation, du 4 Prairial an VI* 2).
16. *Arrêté du Directoire exécutif, concernant la repartition aux capteurs, du tiers du produit des prises faites par les bâtimens de la république: du* 25 *Messidor an VI* 3).
17. *Arrêté du Directoire exécutif, concernant la délivrance des lettres de marque, et autorisations pour armer en course dans les colonies d'Amérique: du* 13 *Thermidor an VI.*

Videbantur praedatores Gallici in America leges vi-

1) Bulletin des lois, No. 1838.
2) Id. No. 1839.
3) Id. No. 1922.

olasse latas de praedis, caet. Inde novum prodiit et laudandum quidem decretum:

1. In coloniis Americanis nulli nisi mandatariis (agens) potestatis executricis Franciae licebit litteras marcae, caet. dare: hoc jus nemini delegare poterunt, eoque uti non debebunt, nisi in gratiam praedatorum, quorum mores (principes et moyens) sint probati at noti: observatis omnibus legibus de praedis et praesertim lege 1 Oct. 1793.

3. Omnis procurator, vel alius delegatus in civitatibus neutralibus, qui ibi judicium de praedis a Gallis factis habendum urgeat, et in quem suspicio cadat proprii lucri persequendi, statim recovabitur.

4. Procuratores in coloniis Cayenne, St. Domingo et Guadeloupe, curam gerent, ut domini navium neutralium vel sociarum, omni observantia tractentur, caet. 1).

---

18. *Loi relative à la manière de procéder en matière de prises maritimes conduites par des Français en pays neutre ou allié: du* 27 *Ventôse an VI.*

1. Omnes decisiones a consulibus, vice consulum fungentibus, in portubus neutralibus sociorumve reipublicae de praedis maritimis a Gallis factis et ibi advectis, latae ante promulgatam legem 8 Floréal an IV, vim retinebunt, salva provocatione ad tribunalia civilia provincialia. 2. Lex citata extenditur in insulam Corsicam, et in colonias Gallicas, simul ac ibi constitutio anni III introducta fuerit. 3. Si in his rebus neutralium com-

1) Bulletin des lois, No. 1942.

modi rationem habere oportet, art. 2dus dictae legis applicandus: sed art. 3 tantum in insulam Corsicam extenditur. 4. Provocatio ab omni judicio, in Corsica et coloniis lato, erit ad tribunal civile provinciale cujusque insulae, in cujus jurisdictione (arrondissement) tribunal situm est quod prius judicaverat 1).

---

19. *Loi relative aux reprises faites par les troupes de la république sur ses ennemis : du* 12 *Vendémiaire an VI.*

Omnes naves ab hostibus captae in portubus Galliae, deinde illis ereptae in eodem vel alio portu Galliae priusquam in hostilem portum fuerint deductae, societati praedatoriae vel dominis restituentur, qui jus suum ostendere possint. 4. Si nequeant, res vel naves reipublicae usui cedent, quae iis uti poterit tamquam publicis. 5. Vindicantibus nulla exceptio praescriptionis objici poterit nisi secundum regulas jure constitutas; sed usque ad vindicationem respublica his rebus in commodum publicum uti, vel eas vendere poterit, si corruptioni obnoxiae sint; pretii vero dominis rationem reddet. 6. Omnes lites inter dominos vel eorum procuratores et potestatem exsecutricem (administration comptable) dijudicabuntur a tribunalibus mercatoriis prima instantia: et, interjecta appellatione, a tribunalibus provincialibus, secundum legem 8 Floréal an IV. 7. Dominio probato si res in natura adsint, restituentur se-

1) Bulletin des lois, No. 1775.

cundum conditionem quam tunc ferunt. Si vero respublica iis usa fuerit in commodum publicum, vel eas vendiderit, restituentur sive ejusdem naturae res, sive aliae merces ejusdem pretii vel de quo convenerit 1).

---

20. *Loi qui détermine la manière de se pourvoir, contre les décisions du conseil exécutif provisoire en matière de prises maritimes: du* 26 *Vendémiaire an VI.*

1. Provocatio erit a sententiis concilii exsecutorii de praeda maritima ad tribunal supremum. 2. Si tribunal judicaverit, sententiam latam contrariam esse legg. servatis decreto 14 Febr. 1793, sententiam illam abolebit, et causam mittet ad tribunal competens. 3. Si vero actores dicant, jus contradicendi sibi fuisse relictum coram tribunalibus ordinariis, curia suprema, hujus dicti veritate probata, eos dimittet ad tribunal competens. 4. Idemque jus habet curia, si actores defensionem suam proponere non potuerint, sive dolo (surprise) sive rerum conversionibus (événements révolut.) hoc impedientibus 2).

---

21. *Arrêté portant création d'un conseil des prises: du* 6 *Germinal an VIII.*

Parisiis erit Concilium praedarum. 2. Lites de prae-

---

1) Bulletin des lois, No. 150. *Rondonneau*, Collection des lois françaises, etc. V, p. 50.

2) Bulletin des lois, No. 1495.

dis justis vel injustis judicabit, et de qualitate navium naufragio corruptarum. 3. Praeses erit consiliarius status; 8 porro erunt judices, delegatus reipublicae, ab actis, et duo apparitores. 9. Si ex inquisitione patet, navem captam esse hostium, et si decade elapsa nulla vindicatio declarata fuerit magistratui (officier d'administration), de praeda statuetur. 11. Sententia lata, quae praedam justam esse judicat, si decade elapsa nulla vindicatio facta fuerit, ad venditionem procedendum erit ut dictum in art. 14. 12. Facta vindicatione, si praeda non manifeste inimica videatur, vel si judicatum fuerit, praedam non esse justam, magistratus extrajudicialis omnia a se acta et documenta quae in navi invenerit, decade elapsa, mittet ad concilium praedarum. 13. Inquisitio coram hoc concilio fiet ex libellis (mémoires), qui cum ligitantibus patronisve eorum communicabuntur. Quae inquisitio terminum 3 mensium excedere non poterit, si de praedis agatur in portum maris mediterranei deductis, et 2 mensium, si deductae fuerint in quemvis alium Galliae portum. 14. Decisiones hujus concilii exsecutioni mandabuntur a litigantibus (à la diligence des parties), sed praesentibus 1°. magistratu nautico; 2°. praeposito principali vectigalibus; 3°. procuratore sociorum navis praedatoriae. 15. Venditio pro tempore mercium vel navis. 16-18. De aestimatione et partitione praedarum agunt. 19-22. De praedis in portum coloniarum Gallicarum deductis. 23-26. Agunt de praedis in portum extraneae gentis deductis 1).

---

1) Bulletin des lois, No. 16. *Rondonneau*, V, p. 56. *Jacobsen*,

22. *Arrêté relatif aux prises qui seront faites par les vaissaux et autres bâtimens de l'Etat: du 9 Ventôse an IX.*

Hoc decreto agitur de divisione et partitione praedarum inter socios praedatorios, aliosque. Ad nostrum argumentum quum non faciat, decreti non dabimus tenorem 1).

---

23. *Arrêté contenant réglement pour les armemens en course, du 2 Prairial an XI.*

Ex hoc decreto, quod 124 art. constat, ea tantum dabimus, quae proxime ad nostrum argumentum faciunt. Capitum summaria sunt haec: *Titre I.* Armemens en course. Chap. I. Des sociétés pour la course. (1-8). Chap. II. Equipages (9-14). Chap. III. Lettres de marque et cautionnemens (15-25). Chap. IV. Encouragemens (26-30). Chap. V. Police de la course, et rançons (31-50). *Titre II.* Prises. Chap. I. Captures. (51-68). Art. 59, 60, 62, 63, 66, ejusdem sunt tenoris cujus art. 1, 3, 4, 8, 6, legis 3 Brum. an IV. 61. Magistri navium, qui praedis potiti sunt, ducent vel mittent eas, quoad fieri possit, in portum ubi naves suas instruxerint (armé); si vis major hoc impediat, statim socios praedatorios hujus eventus certiores facere oportet. 64. Sub poena mortis prohibentur, secundum edictum anni 1681, omnes nautae aliive socii navis

---

Handbuch über das practische Seerecht der Engländer und Franzosen, caet. I, p. 24. *Lebeau*, IV, p. 460.

1) *Rondonneau*, V, p. 67. Bulletin No. 71.

praedatoriae, naves captas destruere (couler à fond), et captivos in regionibus remotis relinquere, ut praeda celari possit. Si navem captam secum ducere nequeant et merces tantum capiant, reliqua vero, compositione facta, dimittant, documenta tamen retinere debebunt: duos saltem praepositos (officiers) navis captae secum ducent, sub poena amissionis partis praedae quae iis cedat, adjecta poena corporali, si necessarium videatur. (s'il y échoit). 65. Nullas cistas, nulla armaria, dolia, caet. aperire licet, nullas merces transportare vel vendere, vel eas emere et celare, donec de praeda fuerit judicatum, sub poena quàdrupli res amotae, et sub poena graviori, si status rerum hoc suadeat (suivant la nature des circonstances). 67. Magister navis praedatoriae, qui praedam in portum Galliae duxerit, hujus declaratio nem mittere debet vectigalium praepositis. 68. Omnes litterae cujusve generis, quas in nave hostili capta invenerit, statim dandae magistratui superiori nautico portus in quem praeda advecta est: hic eas mittet administro rerum maritimarum.

*Chapitre II.* Procédure des prises (69-77). Art. 69 officia imponit magistratui nautico ea quae lex 3 Brum. an IV volebat esse judicis pacis. Art. 71, 72, 73, 74, ejusdem sunt tenoris cujus art. 22, 10, 11, 12 legis 3 Brum. an IV. Sic et Art. 75, 76 ejusdem sunt tenoris cujus art. 8, 15 edicti 6 Germinal an VIII.

*Chap. III.* Déchargement, manutention, vente et liquidation particulière des prises (78-90).

*Chap. IV.* Liquidations générales (91-98).

*Chap. V.* Répartition (99-111).

*Titre III.* Des armemens en course, et des prises dans les colonies et ports étrangers (112-121).

Fere eadem statuit hic titulus quae habebat edictum 6 Germ. an VIII.

*Titre IV.* Dispositions générales (122-124) 1).

---

24. *Décret Impérial qui place le conseil des prises dans les attributions du grand-juge ministre de la justice: du* 8 *Mai* 1806 2).

25. *Décret Imp. sur le mode de partage de prises faites concurremment par plusieurs corsaires: du* 9 *Septembre* 1806 3).

26. *Avis du conseil d'état, portant que le recours au conseil d'état contre une décision du conseil des prises n'a pas d'effet suspensif: du* 11 *Janvier* 1808 4).

27. *Décret Imp. qui attribue au conseil des prises le jugement des contestations relatives aux saisies faites par la ligne des douanes françaises etablie depuis Rees jusqu'à Travemunde: du* 16 *Novembre* 1809 5).

28. *Avis du conseil d'état, portant que la connais-*

---

1) Bulletin des lois, No. 281. *Rondonneau*, V, p. 96. Recueil des lois de la marine, XIII, p. 362.

2) Bulletin No. 1537.

3) Id. No. 1882.

4) Id. No. 174. *Rondonneau*, V, p. 219.

5) Id. No. 248. » V, p. 226.

*naissance des ventes de navires saisis appartient aux tribunaux ordinaires: du* 17 *Mai* 1809 1).

29. *Décret Imp. qui attribue au conseil des prises séant à Paris, la connaissance des contestations relatives aux saisies faites en Hollande, soit en exécution du décret du* 12 *Sept. présent mois, soit en exécution des décrets rendus contre le commerce anglais: du* 27 *Septembre* 1810 2).

30. *Décret contenant création et organisation de tribunaux maritimes: du* 12 *Novembre* 1806.

Hoc decreto Imperator abolevit concilia maritima, quae instituta erant in urbibus Brest, Toulon, Rochefort et Lorient: et eorum in locum substituit tribunalia maritima, composita 8 judicibus, una cum praeside, delegato (commissaire rapporteur), graphiario; in quibus omnibus aetas 25 annorum requirebatur. Ad nostrum argumentum hoc edictum non pertinet, nisi quod Titulo II, de jurisdictione horum tribunalium, art. 12 statuat, ad illam etiam pertinere socios navales (équipages) navium praedatoriarum, quod attinet delicta maritima commissa cum in navigatione ipsâ, tum in portu (mise en rade — licenciement, désarmement) 3).

---

Haec sunt decreta praecipua in Gallia lata inde ab anno 1778 usque ad rerum restaurationem anni 1814. Nonnulla missa fecimus, ut illa quae censum trium vel

---

1) Bulletin, No. 236. *Rondonneau*, V, p. 225, II, p. 511.
2) Id. No. 315. » V, p. 227.
3) Bull. No. 2040. *Duvergier*, XVI, p. 46.

plurium centesimarum exigunt lucri praedatorum, caet., qualia sunt edicta 27 Nivôse an IX, 9 Messidor an III. Hunc censum certum esse voluit decretum 16 Frimaire an XI, (*Rond.* V, p. 84. Bulletin No. 234): cf. etiam decretum 14 Brum. an VIII, et sententia Conc. Status 7 Brum. an XIV (*Rond.* V, p. 167).

---

31. *Ordonnance du Roi, qui fixe au* 1er *Novembre prochain le terme des fonctions du conseil des prises: du* 22 *Juillet* 1814.

Rex Ludovicus XVIII judicavit, pacis tempore concilium praedarum esse inutile : porro expensarum minuendarum causa illud esse tollendum; igitur statuit :

1. Concilium praedarum quale nunc est, inde a 1o die mensis Augusti, restringetur quoad numerum judicum et honoraria ad veteris instituti normam. 2. Hoc concilium vigere perget usque ad 1um diem m. Novembris. 3. Dispositiones edicti 6 Germ. an VIII, quatenus huic decreto contrariae non sunt, servabuntur 1).

---

32. *Ordonnance du Roi qui renvoie au comité contentieux du Conseil-d'Etat le jugement des affaires dont l'instruction n'était pas achevée au moment de la suppression du conseil des prises, et statue sur la conservation des archives de ce conseil: du* 9 *Janvier* 1815 2).

---

1) *Duvergier*, XIX, p. 155.

2) *Duvergier*, XIX, p. 312.

33. *Ordonnance du Roi portant organisation du Conseil-d'Etat: du* 23 *Août* 1815.

13. Classis concilii rebus litigiosis praeposita (comité du contentieux) munere fungetur quod antea concilio praedarum erat commissum. 14. De ejus sententiis, secundum formam edictorum redactis, deliberabitur et statuetur apud Concilium Status, cujus classes idcirco coibunt, bis quovis mense, et saepius si necessarium videatur. Administri secretarii status, in hoc collegio sedem capient 1).

---

34. *Loi pour la sûreté de la navigation et du commerce maritime: du* 10 *Avril* 1825.

*Titre I.* Du crime de piraterie (1-10).

3. Item tamquam piratae condemnabuntur: 1°. omnis Franco-Gallus, vel qui jus civitatis (naturalisation) acceperit, qui sine auctoritate regis litteras marcae impetret (prendrait commission) ab alio imperante ad navem praedatoriam ducendam. 2°. illi, quibus auctoritatem quidem rex dedit, sed qui hostiles actus perpetrent in naves Gallicas, earum socios navales, vel vecturam. 7. Poena criminis dicti § 1^re^, art. 3, erit reclusio: poena criminis dicti in § 2^da^ erit capitalis.

*Titre II.* De crime de baraterie (11-15).

*Titre III.* Poursuites et compétence (16-20).

16. Si naves captae fuerint propter causam praedationis maritimae, accusati in judicium non vocabuntur, prius-

---

1) *Duvergier*, XX, p. 35.

quam statutum fuerit de praeda. Hoc vero non impediet quominus processus criminalis instruatur. 17. Judicium praedationis maritimae non legitimae pertinet ad tribunalia maritima : sed accusati criminis definiti § 1ᵃ, art. 3, judicabuntur modo ordinario et a tribunalibus ordinariis.

## *Dispositions générales.*

21. Legg. et edicta, quibus non est derogatum hac lege, speciatim ea quae spectant navigationem, praedationes maritimas rite institutas (armemens en course), vigere pergent quoad non contraria sint praesenti legi 1).

---

1) *Duvergier*, XXV, p. 63.

# CAPUT TERTIUM.

## QUAEDAM DE JURE MARITIMO ANGLIAE ET REIPUBLICAE FOEDERATAE AMERICAE SEPTENTRIONALIS CIRCA COLLEGIA ARCHITHALASSICA.

Diversa sunt in Anglia tribunalia specialia, quae resenset *Blackstone*, III, c. 6 »of courts of a special jurisdiction;" inter haec sunt et collegia archithalassica (courts maritime or admiralty courts). Potestatem habent judicandi omnes causas maritimas: etiam illa delicta, quae etsi natura sua juris sint communis, tamen, quia in alto commissa extra potestatem judicis ordinarii sint, in curia speciali judicari oportet. Sed utique in mari commissa esse debent, vel causae esse ortae: nam jurisdictio collegiorum archithalassicorum non extenditur ad delicta commissa infra corpus comitatus: cff. *Statute* 13 *Ric. II*, c. 5, 15 *Ric. II*, c. 3 1).

Infra corpus comitatus sunt omnia flumina Angliae

1) Apud *Blackstone*, III, c. 7, p. 98.

usque ad locum extremum quo juxta mare terram praeterfluunt. Quod attinet ad portus, freta, infra corpus comitatus censetur locus designandus linea recta ducta inter duo promontoria ubi mare in terram profluat. Sed tamen si in fretis portubusve rapinae (robbery) fiant, collegio archithalassico jurisdictio competit.

Eadem ei competit in delicta ad oras commissa, si nempe perpetrentur citra signa altitudini aquae indicandae servientia. Caeterae omnes alti partes jurisdictioni collegii subjectae sunt 1). Si originariam jurisdictionem non habeat collegium in causa aliqua, et quaestio interveniat quae ad collegii cognitionem pertineret, nihilo minus legis communis sola manet jurisdictio. Et sic vice versa 2).

Sessiones suas habet collegium archithalassicum Londini in aedificio, dicto Doctor commons: duae sunt partes, nempe curia quae vocatur *the Instance court*, et illa quae dic.*the prize court*. Illa judicat contractus maritimos et delicta in alto mari commissa: haec judicat praedas belli tempore factas. Causae judicantur secundum jus civile vel jus gentium: et ideo praesidem doctorem juris civilis esse oportet (a civilian). Judicium exercetur in collegiis admiralitatis a delegato praefecti, quem vocant *judge of the Admiralty*, qui sententiam fert nomine praefecti archithalassici, vel, ut nunc fit, nomine illorum qui vocantur *lords of the Admiralty*. Hic antiquitus munus suum accipiebat a praefecto archithalassico; sed quum haec dignitas nunc summae potestati sit tributa, delegato munus

---

1) *Stephen*, Summary of penal law, I, p. 45.

2) *Blackstone*, l. 1.*p. 99.

suum tribuit Princeps ope literarum quas *patentes* dicunt. Ad delegatum est provocatio a sententiis latis a collegiis archithalassicis inferioribus in coloniis. A curia, quae dicitur *instance court*, provocatio est ad curiam quae dicitur *King of Chancery*, quae delegatos nominat qui causam audiant. A curia dicta *prize-court* provocatio est ad judices dictos »lords of appeal," qui maxima parte sunt consiliarii Concilii Status secreti: sessiones habent in *Whitehall*.

Potestas praedas eaque quae huc pertinent dijudicandi, belli tempore, tribuitur collegio archithalassico ex mandato injuncto praefecto maritimo ut hic collegium, judicem dicti collegii, et surrogatos requirat iisque auctoritatem cognoscendi de praedis, caet. impertiat, litesque pendentes componendi secundum consuetudines admiralitatis jurisque gentium. Vim habet illud mandatum usque ad causas terminatas quae belli tempore sunt ortae: et hoc plerumque post bellum finitum per plures annos extenditur. — Omnis auctoritas collegiorum inferiorum derivatur a praefecto summo archithalassico ejusve delegatis Admiralitatis Angliae. Idem mandatum auctoritatem dat *τοῖς lords of the admiralty* collegia archithalassica inferiora instituendi in America Septentr., India Occid., et coloniis Indiae Orientalis. — Praefectus summus archithalassicus potestate officii sui in diversis partibus Angliae vicarios (vice-admiral) creat una cum judicibus. Ab horum sententiis provocatio est ad collegium admiralitatis. Sed a collegio Calpensi directa est provocatio ad dictos *lords of appeal* 1). — Modus procedendi idem est coram his

1) *Jacobsen*, Handbuch, p. 19 sq. *Schmalz*, Staatsverfassung Grossbrittanniens, p. 150. *Jouffroy*, Constitution de l'Angleterre, p. 162.

collegiis qui locum habet in causis civilibus. Petitor securitatem dat ut litem prosequatur: et si condemnetur, ut solvat quae debet. Sed in causis criminalibus, v. g. crimine piraticae, criminibus in alto commissis, processus fit per judicem, juratos et testes: judex legis communis adest. Tribunal tunc sedet in aedificio quod vocant the *Sessions house*, *Old Bailey*. (Leigh's new picture of London, p. 43).

---

In lege fundamentali reipublicae foederatae Americae Septentrionalis expositionem invenimus jurisdictionis, quae competit potestati judiciariae. Inter ea quae enumerantur h. l., etiam illa potestas extenditur ad omnes causas admiralitatis et jurisdictionis maritimae 1).

Respublica foederata dividitur in regiones judiciales (districts); singulae habent curiam uno tantum judice constantem. Illae curiae etiam jus dicunt in materia praedarum.

Curiae illae (district-courts), exclusis aliis, originariam jurisdictionem habent in omnibus civilibus causis admiralitatis et rerum maritimarum. Jurisdictio harum curiarum quum sit exclusiva, tribunalia politica (state tribunals) non possunt exercere jurisdictionem concurrentem, casibus illis exceptis ubi jurisdictionem propriam habebant ante legem fundamentalem promulgatam. Nulli genti externae licet curiam admiralitatis (admiralty jurisdiction) in republica foederata constituere, nisi hoc

1) *Story*, commentaries on the constitution of the United-States, III, p. 499.

ei foedera permittant. Curiae habent jurisdictionem de praedis, quae definiuntur non a loco sed a materia talium causarum. Cognitionem habent non solum praedarum in alto factarum vel in portubus fluminibusque, sed etiam earum, quae fiunt in terra a classe ipsa vel ea adjuvante. Et casu praedae injuste factae, curiae restitutionem fieri jubere possunt: vel si praeda facta sit sine causa probabili, captores condemnare poterunt in id quod interest: domini et magister navium illarum et ipsae quoque naves pro his obligantur. Tamquam concilium praedarum, ad effectum ducere possunt sententias pristinarum curiarum Anglicarum (the old continental courts of appeals). Curiae habent jurisdictionem praedarum factarum a navibus bellicis exteris et quae praedae pertineant vel ad cives Americanos, vel ad alias gentes, quibuscum pax est, si tales naves munitae sint litteris marcae datis intra fines reipublicae (act under a commission issued within the United States), vel instructae sint in hac regione, quum id non liceat secundum leges reip. et praecepta neutralitatis; et hoc jus habent curiae sive talis navis sit publica bellica, vel navis praedatoria privata. Possunt jubere restitutionem fieri pro toto vel pro parte, sed poenam (vindictive damages) infligere non possunt.

Cognitio praedarum in alto factarum pertinet ad curiam tractus illius quo praeda deducta sit. Si navis capta sit intra fines tractus cujusdam reip. foed., ideo quod mandata senatus supremi violaverit (for breach of an act of Congress), curiae jurisdictio manet, licet navis capta fuerit a classe reipublicae intra fines territorii exterae amicae gentis, et licet talis praeda hanc gentem

offendere possit. Cognitionem habent curiae querelarum a quibusvis institutarum, casu praedae factae in fluminibus fretisve reipublicae (within the waters), vel intra horae maritimae spatium a littoribus 1).

---

1) Unicus nobis fons fuit *Gordon*, a digest of the laws of the United-States, a. 702 sq., 763 sqq.

Sequentia, quae minus bene latine reddi possunt, lingua anglica damus.

»In cases of seizure made on land, under the revenue laws, the district court proceeds as a court of common law according to the course of the exchequer, on informations in rem, and the trial of issues of fact is by jury. But in cases of seizure on waters navigable from the sea, by vessels of ten or more tons burthen, it proceeds as an instance court of admiralty, by libel, and the trial is to be by the court."

»Seizures of the description mentioned in art. 763 are properly civil causes of admiralty and maritime jurisdiction, triable by the district court, but not by Jury. The trials of issues in fact, in the district court, in all cases except civil causes of admiralty and maritime jurisdiction, is by jury."

# CAPUT QUARTUM.

## QUO EXPONUNTUR PRAECEPTA JURIS GENTIUM DE RE PRAEDATORIA MODERANDA, PRAESERTIM DE OPTIMO MODO JUDICIA ARCHITHALASSICA CONSTITUENDI ET ORDINANDI.

Vastissimus sese nobis aperiret campus si de praedis omnino nostra ageret scriptiuncula.

Tractandae forent seqq. quaestiones: 1°. quid est fundamentum juris praedarum maritimarum? Hoc quidem manifestum est; nempe principium est juris gentium, belli tempore licere hostibus nocere omnibus modis qui non adversentur rationi belli (raison de guerre) a gentibus Europaeis receptae: et omnia quae hostibus eripiuntur, captoris fieri. (§ 17 I. de R. Div.) Sed inquirendum fortasse foret in quaestione, quatenus hoc jus, licet permissum, tamen esset abolendum. 2°. Quis potest exercere hoc jus? videntur hîc duo casus secernendi: aut enim naves bellicae ipsius principis, (croiseurs) aut naves privatorum, auctoritate principis prae-

datum excurrentes (armateurs), naves hostiles capiunt, vel etiam amicas, si illis merces illicitas hostibus advehere conentur. »Olim in Belgio foederato fuerunt privati qui ipsi naves bellicas exercebant, quibusque, praeter praemia, ex captis navibus redacta, ex publico aerario numerabatur certa pecunia pro modo expensarum et pro modo temporis, quo operam bellicam praestabant" 1). Sed raro fit ut privatus naves exerceat, sed saepius hoc fit a societatibus, quae particularibus legg. sunt subjectae, ut in Gallia est decretum 2 prairial an XI. Verum 3°. quibus legg. regitur praedatoria privata? Enavigare non possunt praedones nisi ex mandato principis: nam qui nullius principis auctoritate, sive mari sive terra rapiunt, piratarum vocabulo intelliguntur: jusjurandum praestare debent et cautionem idoneam, non hostibus damnum datum non iri: cum mandato externi principis enavigare non possunt: mandato sui principis aliud exteri principis adjungere non licet: non alio quam Principis sui portu uti debent, tempestate excepta, quo tamen casu vento mutato statim alto se committere tenentur: hinc ex neutralibus portubus non licet excurrere: navi aliqua devicta omnes res clausas in illa debent relinquere, et in assignato portu Admiralitati, aut judici delegato exhibere, ejusque sententiam exspectare an justa praeda sit nec ne. Haec et multa alia, quae ad praedatoriam maritimam pertinent, continentur, quod ad patriam nostram attinet, Forma Admiralitatum, variis O. O. G. G. edictis, et specialibus legg. (Reglementen op de Commissievaarders): inter multas est

---

1) *Bijnkershoek*, Q. J. Publ. I, c. 18.

lex 11 Julii 1705. »Instructien en Articulen waarna de Capitainen, enz., met Commissie van Retorsie uitvarende, hun zullen hebben te reguleeren." Cf. *von Zurck*, Codex Batavus v. Princen.

4°. Contra quosnam praedatoria possit exerceri? Quatuor casus videntur distinguendi: *a.* si naves captae sunt hostium. — Hoc loco nobis foret tractanda quaestio, num navi hostili commissa, etiam merces neutralium in ea inventae commissae sint? *b.* Si sint naves captae piratarum. *c.* Si navis captae sint neutralium gentium. Nobis foret inquirendum in duas gravissimas quaestiones, quae doctoribus multum negotii fecerunt, nempe 1°. num naves neutralis commissa sit ideo quod vel tota vel pro parte onerata sit mercibus quae sunt hostium? 2°. num illae merces hostium saltem sint commissae? Dicendum tunc foret de illo quod vocant contrabanda. — Porro plures sunt casus ubi naves neutrales earumque vectura committi possunt. Unum citasse sufficiat, nempe, si qualitas navium neutralium non legitimo modo sit demonstrata per documenta navis (pièces de bord). Hic vero casus innumerabiles fere et inextricabiles parit juris quaestiones, multisque litibus dedit ansam 1).

5. In quibusnam locis praedatoria possit exerceri? Posse illud fieri in alto mari, nemini dubium; quia oceanus communis quidem est quoad usum, quoad proprietatem vero nullius. Item navem depraedari non licet in portu vel plagis neutralis gentis, neque in illo maris spatio in quod extenditur jurisdictio illius gentis,

1) *Merlin*, Rép. v. prise maritime § III.

i. e. quousque e terra per tormenta possit defendi et in dominio retineri.

Sed quaeritur, num bellum gerens populus possit pro commissis habere naves hostium, quas in fretis, fluminibusque suis propriis inveniat tempore belli declarati, vel eas quae eo veniunt, declarationis bellicae ignarae?

6°. Quonam tempore possit exerceri jus praedarum? Illud posse belli tempore, manifestum: sed quid si bellum ad tempus cesset per inducias, quas vocant »préliminaires,'' vel terminatum sit per foedus?

7°. Quo modo illud possit exerceri? Quasnam regulas sequi debent praedones in perscrutanda nave, quasnam postquam navis sit capta?

8°. Quaenam sunt tribunalia quae de praedis sententiam ferant? et caetera quae huc pertinent.

9°. Lata sententia, quomodo praedae distrahuntur? quomodo fit earum partitio? — Si navis bellica est ipsius principis, nullum dubium quin navis cum universa praeda fisco vindicetur 1). Solent tamen principes, eorum virtutem excitaturi, etiam militibus nauticis partem aliquam loco praemii concedere. Cf. a. 11 Instr. Admir. a. 1597. — Si privati publica auctoritate praedatum excurrant, maximam praedae partem lucrantur, certa tantum parte fisco relicta. Jam variae sunt apud varias gentes de his regulae, quas recensere oporteret: quod ad patriam nostram attinet, nonnullas supra retulimus. In Gallia consulendum est decretum 2 Prairial an XI.

10°. Esset agendum de praeda hosti ereptâ (*reprise*), de qua cff. *Martens*, essai sur les armateurs, les pri-

1) *Puffendorff*, J. N. et G. VIII, c. 6, n. 21.

ses et les reprises. *Emérigon*, traité des assurances, sect. 23. Obiter mentionem facio pessimi abusus, qui in Gallia olim obtinuit, scil. rei vindicationis (revendication). Nempe, secundum Edictum 22 Sept. 1638 Gallis licebat merces suas ab hoste in mari captas, posteaque in Galliam introductas vel ab extraneo, licet hic ignoraret, esse Gallicas et Gallis merces illas fuisse ereptas, vindicare ab illo. Derogatio id est non ferenda a regula tritissima juris civilis »mobilia non habent sequelam."

---

Tantus est campus, quem percurrere oportet, eum qui de praedis universe agere in mente habeat.

Sed nos de solis tribunalibus loquemur: reliqua missa faciemus, fortasse alio tempore, si vires sufficiant, de his scripturi.

Ut vero commode argumentum tractemus, seq. divisionem observabimus. Agemus, 1°. de quaestione, quo tempore merces navesque captae committantur et an opus sit judicis sententia declaratoria; 2°. quis sit judex competens; 3°. num jus de praedis statuendi pertineat ad jurisdictionem ordinariam, an vero ad administrationem supremam? 4°. Quaenam sint leges secundum quas tribunalia sententiam ferre debeant? 5°. Navibus injuste captis an ullum supersit remedium?

---

### § 1. *Quo tempore naves mercesque captae committantur? an opus sit judicis sententia declatoria?*

Distinctio facienda est inter res hostiles et res neutrales.

1°. Res hostiles.

Quae ex hostibus capiuntur, capientium fieri, et occupationem bellicam esse modum acquirendi dominium, jus Romanum et juris gentium doctores probant 1). Quod ad tempus quo haec occupatio dominium transferat, distinctio rursus facienda inter res immobiles et mobiles.

Priorum pristinus dominus jura sua non amittit ante pacem definitivam 2).

Haec quaestio a nostro argumento aliena: plenius eam tractat *de Martens*, essai sur les armateurs, cap. III, § 42–45. Cf. etiam *Bijnkershoek*, Q. J. P. cap. VI et *Kluber*, § 255 sqq.

Quod ad res mobiles, in diversas partes iverunt viri docti.

*a*. Nonnulli putant tunc capientium demum fieri, ubi intra praesidia fuerint deductae 3).

Ratio hujus juris est, quod tunc omnis rei persequendae et recuperandae spes vana facta est. Scribit Grotius: »placuit gentibus, ut cepisse rem is intelligatur, qui ita detinet, ut recuperandi spem probabilem alter amiserit, aut ut res persecutionem effugerit, ut loquitur in simili causa Pomponius (l. 44 D. de acq. r. dom.) . . . . Cui consequens esse vd., ut in mari naves et res aliae captae censeantur tum demum, cum in navalia aut portus, aut ad eum locum ubi tota classis se tenet perducta sunt: nam tunc desperari incipit recuperatio.''

---

1) *Inst.* de r. divis. § 17. *Grotius* J. B. et P. III, 6. § 1, 2. *Vattel*, droit des gens, III, c. 13.

2) *Martens*, précis § 282 *a*.

3) *Grotius*, l. l. § 3. *Puffendorff*, l. l. VIII, c. 5, § 17. *Vattel*, l. l. III, c. 13, § 196. *Bijnkersh*. Q. J. P. c. IV.

*b.* Alii praedam statim fieri capientis dicunt, etiam antequam inter praesidia deducta sit 1). Scribit *Burlamaqui:* »je ne vois pas pourquoi les prises ne lui appartiennent pas du moment qu'il les a faites: car un ennemi se trouve dans toutes les circonstances nécessaires pour acquérir la propriété dans le moment même de la capture. Il a l'intention d'acquérir, une cause ou un titre d'acquérir juste, savoir le droit de la guerre, et il possède actuellement la chose. caet.''

*c.* Alii ad exemplum ejus quod hodie plerumque obtinet inter gentes Europaeas, spatium 24 horarum requirunt, ut occupatio sit perfecta 2).

---

Solam Grotii sententiam veram esse putamus.

Quamdiu in pleno mari navigat praedo, possessionem rei quidem habet, sed non dominium: nam ipse, fortuna alium adjuvante, re capta privari potest eodem modo eodemque jure quo ipse eam cepit: »aliud est capere, aliud accipere. *Capere* cum effectu accipitur. *Accipere* etsi quis non accepit, ut habeat; ideoque non videtur quis capere, quod erit restiturus: sicut *pervenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum'' 3). Aliae juris Romani leges etiam Grotii sententiam firmant, v. g. l. 19 § 3 D. de capt. et postl.: »postliminio redisse videtur cum in *fines nostros intraverit*, sicuti amittitur,

---

1) *Burlamaqui*, droit polit. part. 6, c. 7, n. 16. *Luzac* ad Wolf. § 1294. *d'Abreu*, de las Presas (trad. franç. a°. 1758) part. I c. 3, § 5.

2) *Marquard.* de J. Merc. c. 4, no. 40 in f.

3) l. 71 D. de V. S.

ubi fines nostros excessit." l. 5 § 1 D. eod.: »postliminii jus competit aut in bello, aut in pace. In bello, cum hi qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt et *intra praesidia sua perduxerunt:* — antequam in praesidia perducatur hostium, *manet civis.*" Idem quod Grotius etiam praecipit vetus jus Maris Mediterranei, dictum *Consolato* del mare c. 287. Provocant adversarii ad adverbium »statim" quo utitur Imperator in § 17 Inst. laud.: sed contra afferri potest l. 105 D. de solut: »quod dicimus . . . . . . statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est." Cf. l. 1 § 8 D. ad leg. Falcid. Quum vehementer obstent verba »intra praesidia," adversarii metaphorice haec ad naves transferunt, dicentes navem comparari posse domui, quia Paulus has eadem linea ponit in l. 36 D. de evict.; domum vero esse locum tutum 1). Bene ite sanctitas domicilii defenderetur (the house of an Englishman his castle): sed quo jure id ad navem transferatur, nescio: nam l. 36 D. cit. huc non pertinet: nec unquam fuit legislator qui sanctitatem navis et domus eadem linea posuerit. Hoc est verba torquere.

Videamus porro rationes a Burlamaquio allatas. Dicit: il a l'intention d'acquérir, une cause ou un titre d'acquérir juste, savoir le droit de la guerre, et il posséde actuellement la chose."

Profecto captor habet titulum acquirendi dominium: et res retinere potest cum animo sibi habendi, quemadmodum pacis tempore acquirit res nullius.

Sed illud jus belli, illa occupatio ad perfectum domi-

---

1) *d'Abreu*, l. l. § 10 sqq.

nium acquirendum non sufficit. Jura possessoris victor negligere potest, sed abolere ea nequit, nisi praedam ipsam destrueret.

Amittimus dominium rei nostrae, vel rei interitu, vel derelictione aut cessione in alterum collata, vel omni spe rei recuperandae nobis ablata.

1°. Jura sua captori cedere quis dominum cogere possit? hoc fieri posset, si ei persuasum esset, bellum hostium contra patriam suam esse quam justissimam, illisque satisfactionem competere: sed principium est juris gentium, bellum in casu dubio tamquam justum esse considerandum ab ambabus partibus, neque uni parti licere alteram punire, praetextu utenti adversae partis bellum esse injustum 1).

2°. Res non interiit.

3°. Spes rei recuperandae pristino domino minime ablata est. Possessionem rei involuntarie amisit: possessio captoris valde incerta est: quovis temporis puncto ei res adimi potest vel a domino ipso, vel a recuperatore, vel a praedone alterius gentis: quamdiu in alto est possidet rem, si talis incerta metusque plena detentio possessio appellari possit: sed dominium habere minime dici potest. — Casus avis vel ferae, quo utitur *d'Abreu*, l. l. § 8 respiciens ad l. 5 D. de acq. r. dom. a nostro valde differt.

Ubi sit eritve avis quae oculos meos effugerit, nescio: rationi igitur consentaneum videtur si jus meum relinquam: sed e contrario mihi locus quo praeda deducta sit vel

1) *Wheaton*, Elements of international law, II, § 6.

deducetur, fere semper notus esse potest: persecutio ejus mihi non tam difficilis est : et si vires meae ad eam recuperandam non sufficiant, implorare auxilium Principis possum, qui secundum jus publicum universale illud auxilium mihi denegare nequit: sin minus, adsunt alii, velut recuperatores.

---

Quod ad spatium 24 horarum attinet, quod alii doctores sufficere putant ad occupationem perficiendam, illa sententia minime defendi potest, licet J. G. Europaeo fere universe recepta.

Nam si, ut supra vidimus, ad res immobiles acquirendas tempus pacis futurae exspectandum est, quare tam immensa differentia intes res illas et mobiles?

J. G. Naturali principium illud, quod in rebus immobilibus obtinet, etiam esset extendendum ad res mobiles 1).

Sed J. G. positivo receptum est, in bello terrestri res mobiles captas censeri, ubi per horas 24 in potestate hostium fuerint 2). Sed hoc, litium finiendarum causa, de rebus saepe minoris pretii fortasse introductum est; valere autem nequit ubi de navibus agitur, quae sunt quidem res mobiles, sed immensi pretii. Multorum hominum fortunae exinde pendent.

Adversarius 24 horarum etiam est *Bijnkershoek*, Q. J. P. I. c. 4. et *d'Abreu*, l. l. § 6.

Sed ut ut sit et licet nonnullae gentes principium rationi consentaneum sequantur, tamen contrarium, ut dixi,

---

1) *Martens*, essai sur les armateurs c. III, p. 128.

2) *Vattel*, III, c. 13, § 196.

fere apud omnes populos obtinet 1). Ita ut haec sit nostra conclusio: quod ad naves hostiles attinet, rationi et J. G. Natur. principiis optime convenit Grotii sententia: adversatur Burlamaquii: defendi autem minime poterit spatium 24 horarum.

*b*. Naves neutrales.

Eadem principia obtinere debere puto: sed insuper aliud requiritur: nempe praeda legitima non fit ante judicis sententiam declaratoriam. Quidam doctores affirmant, ipso jure naves captas committi, et eum in finem allegant Ulpianum dicentem: »commissa vectigalium nomine etiam ad haeredem transmittuntur: nam quod commissum est statim desinit ejus esse qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali adquiritur. Eapropter commissi persecutio, sicut adversus quemlibet possessorem, sic adversus haeredem competit" 2).

Sed contra disputat Heineccius hoc modo 1°. lex citata loquitur tantum de iis quae ob professionem neglectam in commissum cadunt. 2°. et hoc casu opus esse sententia declaratoria agnoscunt summi Jcti ab Heineccio citati. 3°. licet ipso jure dominium rei pure legatae transit ad legatarium, (l. 80 de leg. II) ideo tamen non sequitur, ut hic sua auctoritate possessionem prehendere possit 3). Hoc non minus procedit in rebus ipso licet jure commissis. 4°. quum pretiosissima res sit navis, inique cum dominis ageretur si naves captae statim retinerentur. 5. facile fieri posset ut navem

---

1) *Martens*, précis § 282 *b*.

2) l. 14 D. de publ. vectig. et comm.

3) l. 1, § 2 D. quod legat.

amicam, non tam jure quam specioso praetextu, caperent nautae, nisi magistratui reddenda esset ratio 1). Haec ille: adde *Azuni* scribentem: »la justice veut que le preneur ne s'érige pas de lui-même en juge, étant partie, et que celui au préjudice duquel a été faite la prise, ne reste pas sans défense, lorsqu'il a des exceptions à opposer sur la légitimité de l'arrestation qu'il a soufferte'' 2). Hocce igitur principium praeceptis J. G. Naturalis nititur.

*Lampredi* quidem obstat; dicit navem capi posse 1°. quia onerata est merce vetita, 2°. quia onerata est mercibus hostium, 3°. quia documenta quae habet fidem non faciunt, 4°. quia leges neutralitatis violavit.

Jam necessitatem sententiae judicis agnoscit in duobus ultimis casibus: negat vero quod ad duos priores, si magister navis captae jus praedonis agnoscit.

Provocat ad *Consolato* del mare cap. 273, foedus inter Angliam et ducem Burgundiae 20 Mart. 1496, foedus inter Angliam et remp. Januensem 13 Febr. 1460 3).

Haec ratio mihi quoque satis placeret: sed obstat, quod saepissime lites orirentur de eo quid sit contrabanda: praedonum deinde rapacitas notionem mercium hostilium tam late extendit, ut flagrantissimae injustitiae committantur, ut cuique notum est qui historiae Europae versus finem saeculi praecedentis non ignarus

---

1) *Heineccius*, de navibus ob vetitarum mercium vecturam commissis, c. 2, § 16.

2) *Azuni*, dritto maritimo (trad. franç. a° 1801) II, p. 265.

3) *Lampredi*, del commercio dei popoli neutrali in tempo di guerra, (trad. franç. par *Peuchet*) I § 13, p. 167.

est. — Melius igitur videtur regulae generalis vim non minuere. Hic est etiam mos Europaei juris gentium, ut permulta foedera ostendunt et edicta. Cff. foedus inter Hispaniam et Hollandiam a. 1650, art. 12 foedus inter Siciliam et Hollandiam a. 1753, art. 31: foedus inter remp. foed. Americae Sept. et Hollandiam a. 1782, art. 11; foedus inter Galliam et Angliam a. 1786, art. 28; caet. — *Edictum* Maximil. a. 1487, art. 6: *ed.* 19 George III, c. 67, st. 2. *Ordonnance de la Marine* 1681, tit. des prises, a. 20. *Valin*, traité des prises, p. 164. Multa alia foedera citari possent: sed jam satis de his: transeamus ad § secundam.

---

## § 2. *Quis est judex competens?*

Constat, certos esse casus in quibus leges reipublicae cum civiles tum criminales vim suam exerceant etiam extra territorium 1). Sic, v. c. exercitus vel classis gentis exterae nobis amicae iter facientes per terras vel maria nostra, vel commorantes apud nos, legg. nostris criminalibus civilibusque non subjiciuntur 2). Navis porro in alto mari navigans sive publica sive privata, communi omnium gentium patrimonio, consideratur tamquam continuatio territorii gentis cujus est navis: »il est naturel de considérer les vaisseaux de la nation comme des portions de son territoire, surtout quand ils voguent sur une mer libre, puisque l'état conserve sa

---

1) *Kluber*, § 55 sq.

2) *Wheaton*, elem. of intern. law 1, p. 151.

urisdiction dans ces vaisseaux" 1). Igitur tribunalia gentis cujus est navis jurisdictionem habent criminum in navibus illis commissorum. Imo haec jurisdictio tribunalium nostrorum etiam extenditur in maleficia, commissa in navibus publicis in portu extero degentibus 2), licet crimina commissa in navi privata in portu extero, ab extero recte puniantur, nisi conventio cum eo inita expresse contrarium sanxerit 3). Crimina igitur et delicta, commissa in quibuscunque navibus in alto, et illa commissa in navi publica in extero portu, subjacent jurisdictioni gentis cujus est navis. — Exceptio una est piratica: auctores hujus criminis a quovis populo recte puniuntur ubivis reperiantur 4). Cff. *Loecenius* de jure marit. II, c. 3.

---

Praedae si capiantur pacis tempore secundum tenorem foederum, regula obtinet, »actor sequitur forum rei," et tribunalia domicilii navis captae judicare debent num praeda legitima sit nec ne. Hoc comprobatur multis foederibus, v. c. foed. inter Galliam et Angliam 30 Nov. 1831, ad reprimendum Afrorum commercium, a. 7: »les navires capturés pour s'être livrés à la traite, etc., seront ainsi que leurs équipages remis sans délai à la jurisdiction de la nation à laquelle ils appartiendront. Il est d'ailleurs bien entendu, qu'ils seront jugés

---

1) *Vattel*. I, c. 19, § 216.

2) *Kluber* l. l.

3) *Wheaton*, l. l.

4) *Martens*, § 289. *Merlin*, Rép. v. pirate.

d'après les lois en vigueur dans leurs pays respectifs" 1). Cff. foed. inter eosdem populos, 22 Mart. 1833, Annex. a. 5. — 2); foed. inter Galliam, Angliam, et Daniam, 26 Jul. 1834, a. 4. 3).

---

Hisce praemonitis jam ad argumentum nostrum revertamur: omnia alia obtinent si praedae belli tempore fiant. Deduci possunt naves deprehensae:

*a.* in portum gentis neutralis cujus est navis.
*b.* in portum gentis sociatae.
*c.* in portum gentis inimicae.
*d.* in portum gentis capientis.
*e.* in portum alterius gentis neutralis.

---

*a.* Hicce casus nullas habet difficultates. Notum est omnibus, exteros qui voluntarie nostros fines ingressi sint, quamdiu apud nos degant, legibus nostris subjectos esse. — Praeda deducta ad judicem naturalem, ab hoc litem componi debere nemini dubium fore puto 4). Sed rarus admodum hicce casus: quum non facile latrones (ignoscant mihi boni viri praedones, quod eos tali vocabulo compellam), praedam dijudicandam tradent rei captae domino; sed vis major eos cogere potest.

---

1) *Martens,* Nouveau Recueil. IX, p. 547.
2) Id. ibid. p. 555.
3) Id. ibid. XII, p. 713.
4) *Hubner*, de la saisie des bâtimens neutres II, c. 2, § 5.

*b.* Judex captoris tunc est competens. Scilicet, si praeda deducatur in portum gentis capientis, haec regula obtinet, ut infra demonstrabimus. Jam nihil prohibet, quominus Princeps illius gentis nobis amicae, licet ipse condemnare non possit, hoc permittat genti sociatae, »there is a common interest between the two governments," dicit *Wheaton*, »and both may be presumed to authorise any measures conducing to give effect to their arms, and to consider each other's ports as mutually subservient" 1).

---

*c.* Hic quoque casus saepe locum non habebit; sed potest tamen fames, mortis periculum, caet., navem cogere ut se in fauces leonis conjiciat. Haec navis procul dubio tamquam legitima praeda condemnabitur: sed quid dicendum de altera navi neutrali, quam in alto captam secum ferat? *Hubner* dicit, statim talem praedam domino neutrali restituendam esse: quia nemo est qui jura in ea sua ostendere possit. Captor, quum non amplius sit sui juris, dominium acquirere non potest: Princeps portus hostilis nulla jura habet. Hostis quidem naufragus eam in manu habebat, sed capta tantum, condemnata nondum erat: tamquam accessorium rei principalis nunquam cedere poterit Principi illi. Imo praemia danda esse censet *Hubner* navi illi neutrali, quia damna dedit hosti 2).

---

1) *Wheaton*, elem. of intern. law, II, p. 90. Cf. *Loccenius*, de ure marit. II, c. 4, § 6.

2) *Hubner*, l. l. II c. 2, § 7.

*d.* Hic casus plus habet difficultatis. — Judicem competentem esse judicem captoris plures censent doctores, et usus hodiernus comprobat: secus *Hubner*, strenuus jurium gentium neutralium patronus: distinctiones facet *Galiani.*

Contra naturam esse censet *Hubnerus*, naves neutras pleno mari captas judicio subesse capientis: censet, id repugnare omnibus principiis juris gentium et esse contra justitiam. Primum ut demonstret, ita fere ratiocinatur: principium est juris gentium, gentem liberam (souverain), nunquam subjectam esse jurisdictioni potestatis exterae, in locis propriae suae dominationis vel in iis qui in nullorum potestate sunt; nam si hoc non concedas, illum populum sui juris esse probare nequis. Igitur mos judicandi de navibus neutralibus captis in tribunalibus capientis contra jus gentium naturale est; quod etiam fiet manifestum si attendas,

1°. illas naves, contra voluntatem dominorum in portum externum deductas, non posse censeri sese voluntarie subjecisse jurisdictioni potestatis capientis; quod tamen necessarium foret, si velis eas obligationem internam et originariam contrahere judiciis illius potestatis parendi.

2°. Caput accusationis, objectum processus esse factum, quod locum habuit extra sphaeram jurisdictionis non solum illorum tribunalium sed etiam gentis quae illa instituit. Igitur non liquet quare illa tribunalia sola de ea re cognoscerent, sine concursu Principis et judice naturali navium captarum.

3°. Priusquam processus instrui possit, sciendum est num naves illae neutrales legitime captae fuerint? Quo-

modo tribunal civile de hac re cognoscet? Quaestio spectat Codicem Juris Gentium et agitur contra praecepta illius Codicis si quaestionis decisio transferatur ad jurisdictionem particularem et submittatur edictis arbitrariis potestatis inimicae. Sed etiam illum morem gentium hodierni temporis contra justitiam esse censet, quia hoc modo una eademque persona judex sedet in propria causa 1).

---

Plura scribit *Hubnerus*, quae tempus et locus describere non sinunt. Jam hoc remedium proponit neutralium gentium patronus. — Quia ad legg. civiles unius alteriusve populi provocari non possit, si inter eos quaedam lis oriatur, talia tractari tantum possunt per viam diplomaticam (par voie de négociations et de Cour à Cour), et secundum praecepta juris gentium. Sed quum talis modus procedendi fieret longior, concilium (commission) institui vult compositum ex legato vel, quod melius esse putat, ex consulibus gentis neutralis in portubus inimicis degentibus, una cum delegatis Principis cui subjectus est captor; adjungi fortasse possunt certae personae peritae juris gentium et foederum scientiae 2).

Haec et alia scribit *Hubnerus*. Sed haec ab omnibus minime comprobata sunt. *Valinus* jam secum non constare animadvertit Hubnerum, quia Principi captoris jus de praedis sententiam ferendi denegat, principi vero neutrali id omnino largitur, si praeda in ejus portum deducatur, prouti vidimus sub num. *a*. 3). Sed gra-

---

1) *Hubner*, de la saisie, II, c. 1, § 3—7.

2) *Hubner*, de la saisie, II, c. 2, § 1—3.

3) *Valin*, traité des prises, cap. 14, No. 39, 40.

vior et subtilior Hubnero existit adversarius *Lampredi*, usum hodiernum, tribunalibus captoris sententiam de praedis ferendi jus tribuentem, probans. — Hubnerus, inquit, regulas juris civilis transfert in negotia juris gentium, quod jus civile inter liberas gentes vim juris non habet. In nostro casu jurisdictio aliis principiis nititur quam iis quae jurisconsultos sequi oportet in transactionibus civilibus.

1°. Quaevis potestas belligerans jus habet in pleno mari naves detinendi, easque perscrutandi, ut appareat num merces vetitae vel hostiles vecturâ contineantur: Quaeso, inquit Lampredi, si haec potestas ipsa in visitanda nave adesset, et documentis caeterisque inspectis, pronuntiet, neutralem leges violasse neutralitatis, quis dicat hunc judicem non esse legitimum?

2°. Objicis, illam potestatem non posse judicium exercere in eos qui ejus subditi non sint? Respondeo, in pleno mari navigantes hocce tempore nullius esse subditos: extra jurisdictionem territorialem et revera in statu naturae versantur. Si leges neutralitatis violant, nulla alia lex est quae officia inter eos et belligerantes regat, quam jus gentium naturale. — Si vero belligerans judicat, neutralem legg. violasse neutralitatis, quis in pleno mari ejus judicium tamquam inefficax inpugnare poterit? Si per errorem malitiamve false judicarit, id jus sententiam ferendi non tollit; hoc esset ridiculum.

3°. Quod dicit Hubnerus, gentem liberam in locis propriis vel in iis qui nullius sunt, nullius populi exteri subjacere legibus, hoc verum quidem est: sed parvo numero hominum qui sunt in vehiculo maritimo in Oceano, nomen gentis tribui nequit: si illi crimina

committant, nemo haec vitio vertet illorum civitati: nec magis ergo cautiones, quas adhibent belligerantes ne neutrales hostibus auxilium ferant, considerandae sunt tamquam actus hostiles contra principem gentemve. (Pluribus jam probare conatus erat *Lampredi* I, § 10 falsam esse opinionem statuentium navem esse habendam pro continuatione imperii).

4°. Demus hoc, nempe nautis subditos principis neutralis cujus signa gerant in alto mari remanere: vel sic non procedit Hubneri sententia. Si praedator injuste egerit, condemnari debet in id quod interest. Quid vero si praeda est legitima, si navis legg. neutralitatis violavit? Ridiculum esset et quod principum libertatem tolleret, si dicas, non illum qui laesus est, sed illum qui laesit, judicium ferre debere, caet. Verbo, qualitas subditi jus belligerantium minime tollit, quia inter personas, quae in statu naturae vivunt, judicium de injuria et de ejus compensatione relinquitur laeso.

5°. Idem dicendum si sustineas, navem neutralem partem esse gentis cujus vexillum gerat. Nam tunc injuria locum haberet inter gentes invicem: et quum judex inter eas competens non adsit, sequitur, semper fore gentis laesae judicare de qualitate injuriae, caet.

6°. Quod dicit Hubnerus, scil. justitiae repugnare usum hodiernum, quia una eademque persona judex sederet in propria causa, id in jure civili valet, sed non procedit quum agitur de personis in statu naturali viventibus, magistris et nautis navium quae alterius populi navibus obviam veniant: »parceque les uns et les autres représentent leurs nations respectives, qui ne reconnaissent point d'autre juridiction que la leur, et

dont chacune est juge souverain et naturel de la réalité et de l'étendue de l'offense qu'elle peut avoir reçue" 1).

Rationes, quas ex Lampredio attuli, et alia longiora quae in ipso opere luculentissimo legat juris gentium studiosus, contrariam Hubnero sententiam satis mihi tueri videntur; quae vero de constituendo peculiari Collegio *Hubnerus* monuit, etiam si vera esse largiremur, tamen bene dixit Valinus, l. l. »tout cela est fort beau dans la spéculation, mais en attendant ces nouveaux arrangemens, que l'on peut regarder comme chimériques, il faut bien suivre l'usage universellement pratiqué, etc." Hubneri partes secutus est Borussiae rex Fridericus Magnus, occasione litis cum Anglia a°. 1752, quae illustris causa in volgus nota est 2). Sed eum refutaverunt docti Angli. — Lampredii igitur sententia hodie etiam ubicunque obtinet: cf. magnus numerus foederum hac de re initorum apud de *Martens*, Causes célèbres du droit des gens, II, p. 50, not. 1.

---

Distinctionum, quas proponit *Galiani* (dei doveri dei principi neutrali verso i principi guerreggianti, e di questi verso i principi neutrali), mentionem non facimus, quia multum pretii nobis habere non videntur et praeterea fines hujus § fere egrediremur, nisi egressi sumus. Eum refutavit *Lampredi*, l. l. p. 187.

---

Finem huic disquisitioni imponemus citandis verbis

---

1) *Lampredi*, del commercio dei popoli neutrali in tempo di guerra, trad. franç. de Peuchet.) I, § 14, pag. 171—192.

2) *Martens*, Causes Célèbres du droit des gens, II, c. 1.

celebris Americani scriptoris, usum hodiernum defendentis: »It is obvious upon the slightest consideration, that cognizance of all questions of prize, made under the authority of the United States, ought to belong exclusively to the national courts. How, otherwise can the legality of the captures be satisfactorily ascertained, or deliberately vindicated? It seems not only a natural, but a necessary appendage to the power of war and negotiation with foreign nations. It would otherwise follow, that the peace of the whole nation might be put at hazard at any time by the misconduct of one of its members. It could neither restore upon an illegal capture: nor in many cases afford any adequate redress for the wrong, nor punish the agressor. It would be powerless and palsied. It would be a sovereign without any solid attribute of sovereignty: and move in vinculis only to betray its imbecility" 1).

Solius igitur captoris esse jurisdictionem satis nos demonstravisse putamus. Sunt tamen nonnullae exceptiones hujus regulae, quas recensere oportet.

1°. Si magister navis captae dicat, captorem non esse praedonem, sed piratam, princeps loci quò praeda deducta est, quaestionem examinare debet et judex est legitimus praedae 2). Cff. quae supra de piratis notavimus: etiam est judex legitimus si praeda facta fuerit a praedone sine litteris marcae 3).

---

1) *Story's* Commentaries on the constitution of the United States, III. § 1662.

2) *Azuni*, l. l. § 11. *Galiani*, l. l. c. 9 § 8. *Lampredi*, l. l. I, § 14, pag. 196.

3) *d'Abreu*, op. l. II, c. 3, § 10.

2°. Idem dicendum, si in visitanda nave neutrali praedo leges violaverit neutralitatis; v. g. si navem depraedatus sit intra illud maris spatium quod dicitur mare territoriale, intra praesidia, hodie intra tormentorum jactum gentis neutralis 1). Princeps loci talem praedam restituere debet etiam hostilem vindicanti principi neutrali. Quod attinet patriam nostram vide exempla in *Recueil van Zeezaken*, VIII, p. 726. IX, p. 6. Si vindicatio locum non habet, praeda reipublicae cedit; captoris jus nullum est 2). Cf. magnus numerus foederum hoc principium confirmantium apud *Hubnerum* II, part. 3, c. 1, § 6. *Martens*, essai sur les armateurs, II, not. p. 1. Aliud exemplum est, si documenta et chartas partitas, quae neutralitatem navis probent, laceraverit praedo: delinquens quum sit in territorio populi cujus leges violavit, consequens est, illum ab hujus populi magistratibus puniri: »quaestiones eorum criminum, quae legibus aut extra ordinem coercentur, ubi commissa, vel inchoata sunt, vel ubi reperiuntur qui rei perhibentur criminis, perfici debere satis notum est." (l. 1 Cod. ubi de crim. agi oport.)

3°. Idem dicendum, si quaestio incidens facit ut examinare debeant judices, num praeda legitima sit nec ne, et haec quaestio incidens ad jurisdictionem horum magistratuum pertineat 3): »quoties quaestio status bonorum disceptationi concurrit: nihil prohibet, quo ma-

---

1) *Hubner*, l. l. II, p. 2, c. 2, § 8. *Azuni*, l. l. § 12. *Lampredi*, l. l.
2) *d'Abreu*, l. l. c. 3. *Valin*, traité des prises p. 45.
3) *d'Abreu*, l. l. § 9.

gis apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur." (l. 3 Cod. de jud.) cf. l. 11 C. de ord. jud.

---

Sed jam ad ultimum quatuor casuum progrediamur, nempe, quid dicendum si praeda deducta sit in portum alterius gentis neutralis?

Hicce casus est omnium difficillimus et ignoscat bonus lector si fortasse prolixiores simus, quum in tanta virorum doctorum opinionum differentia certi quid statuere facilius desideretur quam reperiatur.

Primum hoc quidem manifestum est, si praeda facta fuerit in pleno mari, et navis non solum sed etiam vectura proprietas sit hostilis, tunc, dico, regulam generalem vim habere, scil. judicem captoris esse competentem 1).

Sed quid, si in pleno mari praeda facta fuerit et vel navis vel vectura, vel ambae proprietas sint neutralis?

Lampredi, Galiani, Azuni, Hubnerus diversas tuentur sententias. — *Lampredi*, Galianii ut saepe sic hoc loco adversarius, demonstrare voluit, principi neutrali nullum jus esse judicandi de praedis in ejus portus deductis. Si praeda captoris nondum proprietas est, saltem in ejus possessione est, dicit. Navis bellica vel praedatoria in portum neutralem recepta cum hac qualitate, illam conservat : etiam in territorio alieno magister auctoritatem jurisdictionemque retinet in omnia, quae ad navem per-

---

1) *Azuni*, l. l. § 7. *Hubner*, l. l. II, p. 2, c. 3, § 6 init.

tinent, quas etiam ei tribuunt jus gentium et leges hujus principis: si hac auctoritate utatur ad naves depraedandas, nullo modo jura laedit principis qui eum in portum recepit. Praeda, quam fecit, accessorium est ejus navis bellicae (dépendance) et ut talis ejus solius subjecta est jurisdictioni.

Judex captoris pronuntiare debet, et navem condemnare vel remittere: hoc tamen judicium pronuntiari debet extra fines territorii neutralis, in quo alieno principi jura imperii usurpare non licet 1).

*Galiani* dicit, Principem portus neutralis in quem praeda deducta est, si haec praeda facta est de ipsius subditis, illum jus habere cognitionis: eum posse hanc praedam pro nulla declarare si contra Jus Gentium sibi facta videatur et praedatorem cogere ut res subditis ereptas restituat: hocce uno excepto casu, (si scil. pars praedae vel tota subditorum est principis neutralis) nullum aliud judicium de praedis ferre iis licere. Absurdum, inquit, esset proponere regulam illam »qu'effets d'ennemis entraînent la confiscation d'effets d'amis": porro princeps neutralis subditis denegare nequit auxilium auctoritatis suae, ut recuperentur bona injuste erepta: sacrum illud munus exterorum tribunali relinquere non potest 2).

*Azuni* putat, magistrum navis neutralis captae semper posse invocare jurisdictionem principis neutralis in cujus portum est deducta navis 3).

---

1) *Lampredi*, l. l. p. 193 sqq.

2) *Galiani*, Op. l. c. 9, § 8, p. 409 sq.

3) *Azuni*, l. l. § 8, 18.

*Hubnerus* dicit: judicium ferre nequit princeps neutralis, quia non judex esse potest delicti vituperandi certe, sed ab extera gente commissi et extra fines ejus imperii: nec, exclusis aliis, judicare possunt Consules captoris et capti, quia ambo essent judices in propria causa.

Igitur concilium mixtum institui vult quod constet ex delegato cum mandato principis loci et ex duobus consulibus gentium quarum intersit.

Ita omnes quos refert partes suas tuerentur in hoc judicio: provocari fortasse posset ad Principes, qui litem viâ diplomaticâ componerent 1).

---

Nunc si quaeras cuinam ex tribus hisce opinionibus adstipulandum sit, respondeo; videtur sequenda sententia Lampredii; *Hubnero* dicenti, principem neutralem judicium ferre non posse quia non est competens, non assentior, nisi cum restrictione illa quam proponit Galiani, scil. eum esse competentem si pars praedae ad hujus principis subditos pertineat. Caeterum diffiteri non possum, aequitati convenire Hubneri sententiam: sed concilium quod institui vult manebit certe inter pia vota. Igitur haec sententia in theoria probanda, quoad usum futuro legislatori commendari nequit.

*Galianii* sententia bona est quoad casum quem proponit: principi neutrali judicium aufert, quod consequens est stricto juri. Caeterum, concilium praedarum de quo loquitur Hubnerus, quodque etiam placet Galianio, commendatur quoque a viro doct. de *St. Croix*, scribente, »de

---

1) *Hubner*, l. l. § 8.

pareilles causes (prises) ne devraient jamais être portées que devant un tribunal permanent et neutre, qui serait établi, non dans une place de commerce, mais seulement dans une ville indépendante. On choisirait les députés de tous les peuples de l'Europe pour membres de ce conseil *amphictionique*, dont l'entrée ne pourrait être interdite qu'aux réprésentans des parties intéressées. Cet établissement serait aujourd'hui d'autant plus nécessaire, que la sûreté et la liberté de la navigation sont devenus les principaux objets de notre politique" 1).

Quae de restitutione justa monet Galiani, cavendum ne illam confundas cum restitutione quam judices Galli decernebant, non examinantes num praeda legitima esset nec ne. Hoc jus iis datum erat ex Ed. anni 1650, a. 5. Ed. 1681 a. 15: quod prorsus injustum. *Valinus* quidem id defendit, dicens, hanc mercium restitutionem subditis Gallis considerandam esse tamquam compensationem pro asylo captori in portu neutrali impertito 2).

Sed audiamus quae contra disputat *Wheaton*, qui praeterea Lampredii sententiam tuetur: »there can be no doubt that such a condition may be expressly annexed by the neutral state to the privilege of bringing belligerent prizes into its ports, which it may grant or refuse at its pleasure, provided it be done impartially to all the belligerent powers: but such a condition is not implied in a mere general permission to enter the neu-

---

1) *H. Croix*, histoire de la puissance navale de l'Angleterre, I, p. 490.

2) *Valin*, commentaire à l'ordonnance de France 1681, tit. des prises, tom. II, p. 273.

tral ports. The captor who avails himself of such a permission does not thereby lose the military possession of the captured property, which gives to the prize courts of his own country exclusive jurisdiction to determine the lawfulness of the capture. This jurisdiction may be exercised either whilst the captured property is lying in the neutral port, or the prize may be carried thence infra praesidia of the captor's country where the tribunal is sitting. In either case, the claim of any neutral proprietor, even a subject of the state into whose ports the captured vessel or goods may have been carried, must, in general, be asserted in the prize court of the belligerent country, which alone has jurisdiction of the question of prize or no prize" 1).

Haec singula exscripsimus, quia clarissimi hujus scriptoris perspicuis verbis manifeste nobis Lampredii sententia defendi videtur. Sententiam igitur, quae opinionibus nititur *Lampredii*, *Hubneri*, *Galianii*, *Wheatonis*, neutralibus in nostro casu judicium denegantium, veram si esse dicamus, victoriam fortasse reportabimus.

*Azunii* sententia, nobis contraria, firmis minime nititur rationibus.

1°. Provocat ad res judicatas: nempe a°. 1747 tribunalia urbium Cagliari et Civita-Vecchia naviculas quasdam restitui jusserunt: igitur, dicit, hoc non locum habuisset nisi constaret, principem neutralem esse

---

1) *Wheaton*, Elem. of intern. law. II, p. 93. *Valini* adversarius est etiam *Azuni*, l. l. p. 288 sqq.

legitimum judicem 1). Sed analogiae usus in negotiis juris gentium caute est adhibendus ; praeterea recte dixit de *Martens:* »toute la force et la justesse de l'analogie reposent sur la ressemblance effective des cas que l'on compare, et sur lesquels on fonde l'induction" 1).

Jam quia in parvis Italiae civitatibus principes aliquando hoc judicium de praedis usurpaverunt, ex hoc argumento derivari nequit principium generale. Porro, res de qua agebatur non erat magni pretii: naviculae fuerunt restitutae (des pinques et tartanes) ; si fuissent magnae naves, an principes illi jurisdictionem usurpare ausi fuissent, dubito.

2°. Usu Europaeo stabilitam doctrinam adversariorum non refutavit Azuni, argumenta contraria non attulit: non probavit quod debebat probare. Nam hercle quid dicas de tali ratiocinandi modo? »celui qui a fait la prise," inquit, »doit donner des preuves évidentes et non-équivoques, que le navire a été pris légitimement, parcequ'il avait violé les lois de la neutralité;" rectè: quis negat negavitque unquam? nunc putes illum strenuas rationes allaturum, quibus sententiam suam firmet, principem neutralem judicem esse, adversariorum doctrinam esse falsam. — Favete linguis: »*en conséquence* il me parait hors de doute, qu'un armateur. . . . . ne peut pas se refuser à reconnaître la jurisdiction du gouvernement du port, caet" 2).

Quis, quaeso, talem argumentationem, quae argumen-

---

1) *Martens*, précis I, § 69.
2) *Azuni*, l. 1. § 8.

tatio non est, admittet? praemissum unum ponit verum: terminum medium vel propositionem minorem imo in pectore recludit: tandem ex uno illo termino majore transit ad conclusionem.

3°. Provocat ad dictum »exceptio firmat regulam.” Vera est, inquit, mea sententia, quia ut contraria admitteretur, semper opus fuit specialibus pactis conventis hoc statuentibus. Sed haec regula juris civilis, num jure gentium semper valeat, dubium.

4°. Pacta conventa citat quae suam sententiam firment. Talia sunt foed. comm. inter Galliam et Russiam, d. 31 Dec. 1786, a. 23. 1); inter Russiam regnumque Neapolitanum d. 17 Jan. 1787 a. 22. 2).

Sed et nos foedera recitabimus pro nobis facientia, et quidem major, puto, erit eorum numerus. Sic statutum est in pace Pyrenaeica d. 7 Nov. 1659 a. 23: »les actions qui ont ci-devant été ou seront ci-après intentées devant les officiers desdits seigneurs Rois, pour prises, dépouilles et réprésailles contre ceux qui ne seront point sujets du prince en la juridiction duquel les dites actions auront été intentées, seront renvoyées sans difficulté par devant les officiers du prince duquel les défendeurs se trouveront sujets” 3): item in foed. mercat. inter Galliam et Batavos, d. 27 Apr. 1662, a. 27. 4); item in foed. inter eosdem anni 1739 a. 11, 22. 5):

---

1) *Martens*, Recueil III. p. 1.

2) *Martens*, Recueil III. p. 36.

3) *Dumont*, Corps diplomatique VI. p. 2. p. 264.

4) *Dumont* l. l. p. 412.

5) *Wenck* Codex Juris Gentium recentiss. I. p. 414.

item in foed. inter Hispaniam et Austriam 1 Maj. 1725 1); item in foed. inter Sueciam et Batavos d. 12 Oct. 1679 a. 9. 2): item in foed. inter Hispaniam et Batavos a. 1714 a. 21 3): (Cf. *d'Abreu* de las Presas II. c. 3 § 4—6), in foed. inter Hispaniam et Angliam a. 1604, a. 30. 4), in foed. inter eosdem, 15 Nov. 1630, a. 28. 5): in foed. inter Galliam et remp. foed. Amer. Sept. 8 Vend. an 9. 6) caet.

---

Nostram opinionem semper, ut videtur, professa est Gallia: cf. decret. 8 Nov. 1779 7); decr. 6 Germ. an VIII a. 8, 9, 11, 12, 19, 8): *Merlin*, Rép. v. réunion § 1.

---

Praecedenti saeculo in Hispania eadem regula obtinuit, si dimidia pars vecturae navis captae non pertineret ad regis subditos 9).

---

1) *Dumont*, VII. 2. p. 114.
2) *Dumont*, VII. 1. p. 432.
3) *Dumont*, VIII. 1. p. 427.
4) *Dumont*, V. p. 2. p. 32.
5) *Dumont*, V. p. 2. p. 621.
6) *Martens*, Suppl. I. p. 96.
7) *Jourdan*, Recueil général des anc. lois franç. IV. p. 191.
8) *Rondonneau*, V. p. 56.
9) Cf. cedula regia 14 Jun. 1797 a. 7 apud *Merlin*, Rép. v. prise mar. § 7 a. 1.

§ 3. *Num jus de praedis statuendi tribui debeat jurisdictioni ordinariae an vero administrationi supremae?*

Videtur omnino jurisdictio de hacce materia tribuenda curiis particularibus et quidem politicis. Lex 14 Febr. 1793 in Gallia lata (loi qui attribue le jugement des prises aux tribunaux de commerce sauf l'appel aux tribunaux de district) perniciosos habuit effectus. Tribunalia ordinaria rationibus politicis nihil concedebant, quas saepe nec intelligebant, saepius intelligere nolebant. Igitur praedones, commendarunt institutum mox ab illis tribunalibus probatum: nempe contendebant a. 7 tit. 11 Ed. a. 1681 esse applicandum neutralibus: ut occupata ob illicitarum mercium vecturam nave, etiam merces licitae cum illicitis pro commissis haberentur, secundum tritam apud Gallos juris paroemiam: »la robe d'ennemi confisque celle d'ami." Et quum ne provocatio quidem esset ad Principem, populum, sed haec etiam pertineret ad tribunalia ordinaria regionis (district), eveniebat ut miserrima esset neutralium conditio. — Ulterius progressi sunt illi, qui tum rerum summae praeerant in Gallia, et edixerunt lege 8 flor. an IV a. 6., provocationem ab omnibus sententiis apud exteros a consulibus Gallis latis fieri posse ad quatuor solum tribunalia.

Si neutralium tristem hoc tempore conditionem historice indagare oporteret, fieremus longiores: verba igitur tantum referemus Jcti celeberrimi, qui nobilis per tres annos continuos neutralium causarum fuit patronus. »Des chicanes misérables furent proposées, toujours avec succès, par les corsaires sur les différentes pièces de bord

justificatives de la propriété neutre, tantôt des navires, par certificats d'origine, de construction et de destination: tantôt des cargaisons, par manifestes, connaissemens et factures. Ils s'acharnèrent surtout contre les passeports, dont ils querellèrent chaque syllabe: ou contre les rôles d'équipage sur lesquels la moindre mutation, survenue dans le cours de longs voyages, fut transformée en crime. Enfin, on en vint à faire estimer en jurisprudence dans les tribunaux, que dans le fait il ne circulait pas, sur la vaste surface der mers, un seul vaisseau vraiment neutre: que tous ils naviguaient pour compte anglais, à l'ombre d'une neutralité frauduleusement simulée. Cette assertion intéressée des corsaires, toute hyperbolique qu'elle était, fit fortune; presque toutes les propriétés neutres, saisies par eux, furent uniformément déclarées de bonne prise et confisquées" 1).

Scimus, a. 1795 Angliam Gallos fame enecare et sic ad pacem cogere voluisse: ideo repressaliarum causa Galli tulerunt monstrosum edictum 29 Nivôse an VI 2), quo lato rapacitas praedonum nullos terminos agnovit: horribilia, quae isti piratae in miserrimos neutrales perpetraverunt, referre tempus et locus non sinunt. Curiosus adeat *Büsch*, über das Bestreben Völker neuern Zeit, einander in ihrem Seehandel recht Wehe zu thun, p. 404, 325—336. *Jacobsen*, Handbuch, caet. I p. 150, II passim. *Berryer*, l. l. II p. 25, et historicos hujus temporis.

Talis igitur fuit rerum status, talia fuerunt admissa,

1) *Berryer*, Souvenirs II. p. 24.

2) Recueil des lois relatives à la marine VIII. p. 242.

quum jurisdictio praedarum pertinebat ad tribunalia ordinaria. Sed dicat quis, rationes se audire velle sententiae a me propositae, scil. hanc jurisdictionem esse tribuendam curiis particularibus ab administratione suprema institutis.

Et primo quidem omnium fere populorum legibus, cum antiquis tum recentiorum temporum, (Gallia sola excepta versus finem praeced. saec.) jurisdictio praedarum tribuebatur collegiis particularibus archithalassicis.

Aliae sunt leges, secundum quas praedae judicandae sunt, a jure communi diversae, alius est modus procedendi, caet. Sic factum est, ut in Gallia decreto 6 Germinal an VIII proprium institutum sit collegium quod de praedis jus diceret.

Quum in judicio de eo agitur num praeda legitima sit nec ne, saepissime quaestiones oriuntur quae ad Jus Gentium vel Jus Publicum pertinent. Praedatores litteris marcae sunt muniti, auctoritate publica praedatoriam agunt. Igitur, si praedam legitimam non esse contendatur, manifestum est impugnari hoc casu actus hostiles ex auctoritate Principis perpetratos: illae lites continent quaestiones quae spectant necessitudinem populi nostri cum exteris gentibus, vel quod attinet ad bellum, vel quod ad pacem, neutralitatem, pacta conventa, caet.: res maximi ponderis, quibus administrandis opus est reipublicae viris peritis politicis.

Jam usi nunquam sunt civitates potestate judiciaria ordinaria ad componendas difficultates ex actibus bellicis aliisque similibus ortas, neque magis ad principia juris gentium tuenda sententiamve ferendam de foederum interpretatione, caet. Porro, potest quis esse judex prae-

clarus et doctas easque justas sententias ferre de rebus civium privatis, sed tamen non semper vel potius raro aeque erit peritus rerum politicarum. Scio equidem hoc requiri, imprimis hodie: in dies scientiarum campum extendi: mihi innotuit sententia professoris Parisiensis, qui scientias politicas tamquam comites induxit disciplinae juris criminalis, quasi quis non possit reum criminis arguere nisi trutinam noscat Europae 1): novi alios talia in jus civile applicantes. »Trahit quemque sua voluptas." Licet ego minime negem, scientiarum politicarum studium jurisconsulto esse necessarium, tamen, quidquid dicas, controversiae politicae non tam frequenter dijudicandae apud tribunalia occurrunt, ut judices cogantur hisce studiis operam peculiarem navare. Juris publici nonnunquam, sed juris gentium quaestiones admodum raro in judicium tractari videmus. Et hercle ipsos interroga judices, et ni fallor, plures invenies scientiarum politicarum vel ignaros vel saltem non peritissimos. Nil mirum: non potest quis omnia complecti. Jam anno 1676 de Curia Hollandia dixit *Wicquefortius*, »la Cour de Justice de Hollande est composée d'un grand nombre d'illustres personnages, mais je crois, que je ne leur fais point d'injure, quand je dis, qu'il n'y en a pas un, qui se puisse piquer d'une connaissance fort particulière du Droit Public, qui ne fait pas partie de L'UTROQUE" 2).

---

1) *Ortolan*, Cours de législation pénale comparée: (introduction philosophique).

2) *Wicquefort*, Mémoires touchant les Ambassadeurs et les Ministres publics p. 57.

Et in altera ejusdem libelli editione, praecedentia sic mitigantur: »la Cour de Justice de Hollande est, sans doute, composée de plusieurs grands personnages: mais je m'assure, que les plus habiles ne feront point de difficulté d'avouer que les règles du Droit Public ne se tirent point du Code ni des Digestes, et encore moins des Décrets et des Décrétales, etc." 1). — Ideo dico, materia gravissima praedarum, quae belli causa esse facile potest, non debet ab ordinariis tribunalibus dijudicari: meamque sententiam non esse prorsus absonam probat constans usus populorum.

Nonnulli censuerunt, illam jurisdictionem esse concedendam Concilio status: quia quaestiones huc facientes terminari tantum possint a solo principe, cui incumbit cura actus bellicos regendi, jura reipublicae defendendi. Concilium status, dicunt, quasi est imbutum vi et mente foederum cum exteris initorum, et causas moventes optime perspicere potest quae Principem impulerunt ad litteras marcae impertiendas 2).

Hoc et hodie fit in Gallia. Haec igitur sententia, fateor, habet aliquid rationis; sed tamen non video quare recederemus ab antiquo more, nunc apud plures gentes recepto, jurisdictionem de praedis collegiis particularibus tribuendi. Ea instituas licet belli solo tempore, ne pace vigente saepius otiosi sedeant boni illi judices: sed lex saltem feratur quae omnia quae ad judicium, processum, caet. faciunt regat., ut bello eveniente statim exsistant

---

1) Haec et alia legas apud *Bijnkershoek*, de foro legatorum c. VII. p. 469.

2) *Berryer*, l. l. p. 22.

jndicia. Possis etiam ea instituere pacis tempore et tunc alia iis injungere officia, ut antiquitus admiralitatibus apud nos. Administratio suprema eligat consiliarios viros rerum politicarum, imprimis juris gentium, peritos. Superest ut de consulum jurisdictione quaedam animadvertamus.

---

Lex in Gallia lata 8 Floréal an IV art. 5 dicebat: »les consuls ou vice-consuls prononceront, comme les tribunaux de commerce, sur la validité des prises.'' Eadem habet decretum 6 Germ. an VIII.

---

Haec jurisdictio consulum in praedas, in portum neutralem deductas, mihi omnino videtur iniqua. Ut supra vidimus, ne ipse quidem princeps neutralis hanc jurisdictionem habet: judex captoris solus est competens: quomodo probare velis, illum principem teneri jurisdictionem permittere auctoritati ab extero delegatae in proprio territorio? inauditum effatum hoc: ita ut celeberrimus Angliae judex admiralitatis, idemque postea cancellarius, sir *W. Scott* (lord Stowell) declaraverit, tale institutum primum a Gallis fuisse introductum. Etiam si universe ejusmodi institutum defendi possit, plus requiritur; ostendi insuper debet illud congruere cum populorum moribus consuetudinibusque.

His illud repugnare probat doctus judex refutatque eos qui argumentum sumunt ex exemplo Angliae, quae praedas deduci sinebat in portus Lisboam et Herculis Labronis (Livorno). Verum est etiam quod addit; si inae-

qualis fuisse contendatur practica Angliae, ridiculum esset ad hanc provocare: »the true mode of correcting the irregular practice of a nation is, by protesting against it; it is monstrous to suppose, that because one country has been guilty of an irregularity, every other country is let loose from the law of nations, and is at liberty to assume as much as it thinks fit." 1).

*Galiani* quoque ad illum morem Angliae in portu Herculis Labronis provocat, quo defendat sententiam suam, praedarum judicium consulibus in portubus exteris tribuendum esse. Sed eum refutavit *Lampredi*, negans unquam consulibus Anglis in portu dicto talem jurisdictionem concessam fuisse: hoc solo casu naves ab Anglis captas liberabant consules, si neutrales manifestissime probassent, praedam fuisse injustam 2).

Addendum, etiam ferri non posse tam extensam potestatem uni viro sine adjunctis judicibus creditam 3). Sed et valet quod animadvertit in illum art. 5 legis Francicae citatae ex delegatis unus, quem vocant »rapporteur." »En supposant que cette prérogative fût stipulée par des traités postérieurs, il s'ensuivrait une réciprocité quelquefois dangereuse, en ce qu'elle permettrait aux consuls des nations qui, pour le moment, seraient alliées, mais qui cependant seraient mal disposées pour la république, de préparer des germes de division entr'elles et des peuples sincérement amis" 4).

---

1) *Robinson's*, Admiralty Reports, vol. I. p. 135 sqq. the flad Oyen.
2) *Lampredi*, I. 1. I. p. 194.
3) *Berryer*, II. p. 23.
4) Apud *Merlin*, Répertoire, v. prise maritione § 7 art. 2 in nota.

Si ipsa gens neutralis in istam consulum jurisdictionem consensit foedere cum altera gente inito, nihil profecto habeo quod opponam.

---

### § 4. *Secundum quasnam leges judicare debent tribunalia de praedis maritimis.*

Si duae gentes bellum gerant et praedas una faciat hostiles, illas dijudicari secundum leges ab hac latas manifestum est. Quaestio quae dicitur praejudicialis jam decisa est: bellum jus dat praedas faciendi: semper sunt legitimae illae praedae, scilicet factae extra limites territorii alicujus gentis neutralis.

Recte *Hubner:* »relativement aux prises mêmes, ces jugemens ne sont presque que des pures formalités, uniquement nécessaires pour astreindre les preneurs à un certain ordre, et pour prévenir les effets irréguliers de l'avidité des corsaires, qui pourraient empêcher la distribution légale du bénifice, ou celle des gratifications qui s'accordent quelquefois à ceux qui prennent des navires ennemis" 1).

Eadem principia obtinere non possunt si navis capta est neutralis. Provocari nequit ab una alterave parte ad leges suas patrias, quia 1°. altera pars eas non agnoscit. 2°. non est legislator communis qui gentes liberas obligare possit: omnes sunt aequales neque aliam gentem ut superiorem agnoscunt 2). Res igitur est di-

---

1) *Hubner*, Saisie, II part. 1. c. 3. § 5.

2) *Wheaton*, Elements of international law, I. p. 62. *Kluber*, *Martens*.

rimenda secundum tenorem conventionum, et his deficientibus secundum praecepta juris gentium naturalis 1): »des textes de loi," inquit dux *de Broglie*, »il n'en existe point en pareille matière, et il ne peut pas en exister, puisqu'il n'y a point de législateur qui ait capacité pour obliger des nations indépendantes l'une de l'autre: mais d'aprês des règles générales d'équité, consacrées par le temps et la raison, réduites en préceptes par les auteurs, et reconnues dans un grand nombre d'arrêts rendus à diverses époques" 2).

Id ipsa agnovit Anglia a°. 1752 in responso Friderico Magno dato saepius memorato 3): rursusque a°. 1780, tempore neutralitatis armatae: »les tribunaux d'amirauté, qui . . . . . jugent uniquement par le droit général des nations, et par les stipulations particulières" 4).

Cff. item L. L. Belgg. d. 11 Dec. 1747 et interpret. a. 1748 d. 14 Febr. et foed. inter Galliam et Angliam a. 1786, a. 25 sqq.

Interpretatio unilateralis foederum, diversa saepe principia, quae pactis deficientibus in jure gentium pro regulis habentur, vastum praebent campum infinitarum litium.

---

1) De tota re cf. *Hubner*, l. l.

2) *Duc de Broglie*, Examen critique de la loi rendue en 1827 sur la piraterie.

3) *Martens*, Causes célèbres II. p. 67.

4) *Martens*, Recueil IV. p. 345.

### § 5. *Navibus injuste captis, an ullum superest remedium?*

Si navis fisco addicatur, et gens cui illa ademta est injuriam sibi fieri conqueratur, nonnumquam solent mitti legati, qui naves injuste captas repetant *1*). Si haec non sufficiant, decerni solent repressaliae.

Grotius statuit, si sententia judicis in re minime dubia (»nam in dubia re praesumtio est pro his qui ad judicia publice electi sunt") contra jus lata sit in praejudicium exteri, hujus principi jus decernendi repressalias competere.

»Nam auctoritas judicantis non idem in exteros, quod in subditos valet. Hoc interest, quod subditi exsecutionem etiam injustae sententiae vi impedire, aut contra eam jus suum vi exsequi licite non possunt, ob imperii in ipsos efficaciam; exteri autem jus habent cogendi (i. e. repressaliarum, de quibus loquitur auctor), sed quo uti non liceat quamdiu per judicium suum possint obtinere." 2).

Item *Bynkershoek*.

»Denegatam igitur justitiam Repressaliae solent excipere: eas enim accipimus pro licentia, a principe concessa, occupandi aliorum personas bonaque, ob vim et injuriam, antea suis subditis allatam, et negatam de eo facinore justitiam: quo sic manu reparetur damnum, quod manu datum, nec a magistratu coercitum est" 3).

---

1) *Heineccius*, de navibus ob vetitarum mercium vecturam commissis, c. II. § 22.

2) *Grotius*, J. B. et P. III. c. II. § 5.

3) *Bijnkersh.*, Q. J. P. cap. 24.

Eadem habent *Vattel* (II, c. 7, § 84), *Klüber*, *Wheaton* (II, p. 95) caet. Grotius statuit, omnes subditos injuriam facientis subjacere pignorationi 1). Ejus auctoritatem afferens rex Borussiae factum suum defendit, quo pecuniam, Anglis debitam ex pace Vratislaviensi, obligatam esse jussit pro praedis injuria de subditis suis factis (*Martens*, l. l. p. 37). Sed non temere hic arma expedienda sunt: igitur justitia denegata esse debet non solum a tribunalibus omnibus, sed etiam a principe ipso. Ea fuit opinio celeberrimorum virorum *Lee*, *Paul*, *Rijder*, *Murray*, responsi regi Borussico dati auctorum; (quod recte *Vattel* appellat »un excellent morceau de droit de gens") »quoique tout demandeur Prussien ait dû savoir que le droit des gens lui interdisait le recours à son propre souverain, jusqu'à tant qu'une injustice manifestement avérée lui fût faite en dernier ressort, et qu'il n'y restât plus aucun remède ici, etc." (*Martens*, l. l. p. 58).

Possunt tamen repressaliae vitari, si, ut saepius factum est recentioribus temporibus, collegia mixta creentur (*mixed commission*), ad audiendas querelas neutralium. Sententias quidem tribunalium competentium corrigere non debent; nam horum judicium quum alios judices excludat et dominium ab originario possessore ad captorem transferat, haec sententia impugnari nequit apud aliud tribunal. Sed, si justa compensatio data non fuerit apud tribunalia ordinaria, satisfactionem pecuniariam parti laesae tribuant oportet 2).

---

1) *Grotius*, l. l. § II. 1. § VII. 2.

2) *Wheaton*, II. p. 108.

Tale collegium mixtum institutum fuit a° 1794 ad definienda ea quae Americanis competerent, illorum navibus captis a praedonibus Anglis durante bello cum Gallia. — Eadem principia agnovit Dania, quum praedones Dani naves Americanas ceperant, durante bello inter Daniam et Angliam, postea orto. Igitur conventio inita fuit, quâ Americanis spoliatis satisfactum, d. 28 Mart. a°. 1830 1), cujus art. 3 sq. sequentia habent: delegati (commissaires) erunt 3 cives reipublicae foederatae Americae Septentrionalis, electi a Praeside Supremo (Président) consentiente Senatu: convenient in urbe Washington, et intra duos annos computandos a primo die sessionis, querelae ad eos deferentur, pretium definietur et statuetur de eo num querelae justae sint nec ne. Haec aestimabunt judices ratione habita casuum diversitatis secundum justitiam, aequitatem, et praecepta Juris Gentium.

Jusjurandum illi praestabunt, se fideliter et assidue officio functuros: in casu mortis, morbi, vel absentiae necessariae unius alteriusve, alius delegatus eligetur a Praeside modo supra definito: vel si senatus non adest, a solo Praeside.

Ut negotia facilius tractentur, rex Daniae collegio potestatem dabit inspiciendi omnia documenta, caet., ad praedas facientia, quae inveniantur apud Admiralitates curiasve praedarum.

---

1) *Martens*, N. R. VIII. p. 350.

# ADDITAMENTA.

## A. RÉGLEMENT SUR LE CONSEIL DES PRISES ET LA FORME D'Y PROCÉDER.

Versailles 19 *Juillet* 1778.

Le roi voulant pourvoir à l'instruction et au jugement des prises qui pourront être faites sur les sujets du roi d'Angleterre, en vertu de ses ordres, tant par les vaisseaux de S. M. que par ceux de ses sujets armés en course: etc. S. M. a ordonné et ordonne ce qui suit.

1. Les prises seront jugées par des ordonnances qui seront rendues par M. l'amiral, et par des commissaires choisis et nommés par S. M., pour tenir conseil près de lui. M. l'amiral et lesdits commissaires connaitront en outre des partages des prises, et de tout ce qui, leur est incident, même des liquidations générales ou particulières, et des comptes des dépositaires, comme aussi des échouements des vaisseaux ennemis, circonstances et dépendances, le tout sans qu'il soit besoin de procureur pour S. M. en ladite commission. 2. Les commissaires s'assembleront dans la maison de M. l'amiral, même en son absence, et lesdites assemblées se tiendront les mercredi de chaque semaine, après midi, et même plus souvent, s'il est nécessaire, aux jours et heures qui seront indiquées par M. l'amiral, et le secrétaire-général de la marine y aura séance et voix délibérative. 3. M. l'amiral présidera au dit

conseil, et s'il y intervient partage, sa voix prévaudra ; mais s'il est absent, l'affaire sera remise au conseil suivant; et s'il est en voyage ou dans le cas de maladie, il sera rendu une ordonnance de partage: ledit partage sera vidé au conseil royal des finances en la même forme que les appels des ordonnances dudit conseil des prises. 4. La distribution de toutes les affaires, même des simples requêtes, sera faite par M. l'amiral à ceux d'entre tous les commissaires qu'il jugera à propos: et en son absence par le plus ancien des commissaires qui présidera audit conseil. 5. En cas qu'il y ait lieu de prononcer des dommages et intérêts, ou d'ordonner des estimations, M. l'amiral et les commissaires pourront les régler et les arbitrer à une somme fixe suivant l'exigence des cas; et s'ils jugent nécessaire d'ordonner que les estimations ou liquidations soient faites par experts, ils commettront les officiers de l'amirauté pour recevoir les rapports desdits experts et donner leur avis, pour sur le tout être, par M. l'amiral et les commissaires, ordonné ce qu'il appartiendra. 6. Les requêtes présentées au conseil des prises, seront adressées à M. l'amiral seul, et les ordonnances dudit conseil seront intitulées en son nom: le rapporteur écrira de sa main ce qui aura été jugé ou ordonné; et les minutes des ordonnances seront signées par M. l'amiral, sur la première colonne, et sur la seconde, au moins par 5 des commissaires qui auront assisté au jugement; en sorte qu'il n'y ait sur la première colonne que la signature de M. l'amiral, et sur la seconde celle du rapporteur, et au dessous de sa signature celle des autres commissaires; en l'absence de M. l'amiral, les ordonnances seront intitulées de son nom et signées en la manière ordinaire.

7. Lorsque le capitaine du vaisseau preneur ou l'officier chargé de la conduite de la prise feront leur rapport devant les officiers de l'amirauté, ils seront tenus de leur remettre le sac cacheté contenant les pièces, trouvées à bord du bâtiment pris, conformément à l'art. 40 de la déclaration du 24 juin dernier; et après que les cachets auront été reconnus sains et en bon état, ils numéroteront et parapheront lesdites pièces par première et dernière, en présence du lieutenant de l'amirauté, qui les paraphera pa-

reillement, ainsi que le capitaine ou le principal officier du bâtiment pris: et celles qui seront écrites en langue étrangère, et dont la traduction pourra être utile, seront désignées par numéros dans le procés-verbal de la remise qui en sera faite par le juge à l'interprète.

8. Lesdits capitaines du vaisseau preneur ou l'officier chargé de la conduite de la prise, seront interpellés par le juge de l'amirauté qui recevra leur déclaration d'élire domicile dans le lieu du siége de l'amirauté où la prise sera conduite, ainsi qu'à la suite du conseil; et en cas de refus, le juge leur déclarera que l'enrégistrement fait au greffe de l'amirauté, tant de l'ordonnance du conseil des prises qui prononcera sur icelles, que de tel autre acte qu'il conviendra de signifier ou communiquer, vaudra signification; mêmes interpellations et déclarations seront faites, par ledit juge au capitaine, ou à son défaut au principal, officier du bâtiment pris, lorsqu'il procédera à leur interrogatoire. 9. Les instructions concernant les échouements des bâtiments ennemis, les prises et partages d'icelles, circonstances et dépendances, seront faites par les officiers des amirautés dans le ressort desquelles les échouements seront arrivés; et les prises seront amenées suivant les formalités prescrites par les ordonnances, arrêts et réglements, notamment par la déclaration du 24 juin dernier, soit que les prises aient été faites par des armateurs particuliers, soit qu'elles aient été faites par les vaisseaux de S. M., en quelque nombre qu'ils aient été, sans qu'en aucun cas les officiers de l'amirauté puissent les juger.

10. Lorsque les marchandises composant le chargement des prises, seront sujettes à dépérissement, ou lorsque lesdites prises seront constamment ennemies, suivant les pièces du bord et les interrogatoires des prisonniers, les officiers des amirautés pourront, avant qu'elles soient jugées de bonne prise, ordonner la vente d'icelles, pour prévenir la diminution de leur prix. 11. Les greffiers des siéges des amirautés enverront au secrétaire général de la marine, ainsi qu'il est prescrit par l'art. 43 de la déclaration du 24 juin dernier, les procédures d'instruction et toutes les pièces trouvées à bord des prises: et le secrétaire général de

la marine tiendra exactement registre de toutes lesdites procédures et du jour qu'il les aura reçues, et il sera procédé dans la huitaine au plus tard, à la distribution portée par l'art. 4, et les pièces seront remises au rapporteur dans le jour suivant. 12. Huit jours après la remise desdites procédures au commissaire-rapporteur dont il sera fait mention en marge de la première pièce, la prise sera jugée si elle n'est réclamée par aucun avocat. 13. Les avocats qui occuperont pour les réclamateurs ne pourront prendre communication des procédures s'ils n'ont préalablement présenté au sieur commissaire-rapporteur une procuration en forme, ou celle qui l'aura été aux officiers de l'amirauté, laquelle procuration lesdits avocats signeront et remettront entre les mains dudit sieur commissaire-rapporteur qui la paraphera; si non toute audience et communication leur sera déniée. 14. Huitaine après que le réclamateur aura donné sa requête, l'armateur fournira sa réponse et le réclamateur sa réplique dans pareil délai, après lequel aucune requête ni pièce ne pourront être reçues par le commissaire-rapporteur que de l'avis des sieurs commissaires, dont mention sera faite par le rapporteur en marge desdites requêtes et pièces, et il sera procédé au jugement de la prise sans aucun retardement. 15. Les requêtes seront datées par les avocats et reçues par une ordonnance du commissaires-rapporteur, sans que les avocats puissent prendre plus d'une fois par ses mains, et sans déplacer, communication desdites procédures et pièces: ils seront tenus de faire mention au bas des requêtes, et sur le dossier des procédures, de la communication et du jour où elle leur aura été faite.

16. A l'égard des prises qui seront conduites dans les colonies françaises et dans les antres établissements, dépendants de la France où il y a des sièges d'amirauté, les instructions et procédures seront faites par les officiers de l'amirauté, de la même manière que dans les amirautés du royaume: ils enverront sans aucun retardement la grosse de chaque procédure et les pièces y jointes au secrétaire général de la marine, pour y être fait droit par M. l'amiral et lesdits sieurs commissaires, sans qu'en aucun cas les juges desdites amirautés puissent les juger, mais ils donne-

ront leur avis sur la validité ou l'invalidité de la prise, circonstances et dépendances, dont ils joindront une expédition à la grosse de la procédure : et attendu que les pièces originales pourraient être perdues par naufrage ou prise des bâtiments sur lesquels les officiers les auraient envoyées, ils seront obligés de garder des copies collationnées desdites pièces originales, et de les joindre aux minutes de la procédure, pour y avoir recours en cas de besoin : pourront néanmoins les gouverneurs généraux et intendants ou ordonnateurs desdites colonies ordonner, sur le vu de la procédure, l'exécution provisoire de l'avis des officiers des amirautés : à l'exception toutefois des prises faites sous pavillon neutre, pour lesquelles ladite exécution provisoire ne pourra être ordonnée que sur la demande d'une des parties et à la charge de donner bonne et suffisante caution, qui sera reçue par les officiers des amirautés : et en outre, à condition que la partie qui aura demandé l'exécution demeurera responsable des dommages et intérêts.

17. Celui qui sera commis pour greffier du conseil des prises dressera les ordonnances, signera les expéditions en parchemin, et fera toutes les fonctions concernant le greffe, sans néanmoins avoir entrée et séance audit conseil, conformément à l'arrêt du 13 août 1707. Il sera tenu d'envoyer les jugements dudit conseil aux officiers des amirautés huit jours après la date d'iceux, et s'il survenait des incidents, de quelque nature que ce soit, sur l'exécution desdits jugements, les officiers de l'amirauté en dresseront procès-verbal, qu'ils enverront avec leur avis au secrétaire général de la marine pour y être fait droit sur le champ par M. l'amiral et lesdits sieurs commissaires.

18. Les appellations des ordonnances rendues par M. l'amiral et les dits sieurs commissaires seront portées au conseil royal des finances, auquel M. l'amiral assistera, et prendra le rang que sa naissance et sa charge lui donnent.

19. Lesdites appellations seront jugées au dit conseil royal pour les prises, soit qu'il interjette appel des jugements du conseil des prises dans lesquels S. M. sera intéressée, soit qu'il défende aux appels interjetés par les parties, et également sur ses conclusions pour les affaires qui ne concerneront que des particuliers : à l'effet

de quoi il pourra prendre communication de tous les jugements qui auront été rendus par M. l'amiral et lesdits sieurs commissaires.

20. Il ne pourra être appelé desdites ordonnances, après 6 mois du jour de leur signification aux domiciles élus, en exécution de l'art. 8 ci-dessus, ou à défaut d'élection de domicile, après 6 mois du jour de leur enregistrement aux greffes des amirautés. 21. Les avocats qui auront occupé au conseil des prises seront tenus d'occuper également sur l'appel du jugement qui aura été rendu: et sera tenu l'appelant de fournis ses moyens et d'achever sa procédure dans 6 semaines pour tout délai, après lesquelles il ne sera plus reçu de requêtes ni faits autre acte de procédure; et l'instance sera jugée sur ce qui se trouvera produit alors, s'il n'en a été autrement ordonné par S. M. 22. Il ne pourra être interjeté appel des liquidations générales et particulières que dans l'année de la date desdites liquidations, et par une requête présentée au conseil royal des finances, qui contiendra sommairement les moyens d'appel et sera remise au procureur de S. M. pour les prises, pour, sur ses conclusions, être fait droit sur ladite requête, ainsi qu'il appartiendra; mais dans tous les cas, l'appel sera périmé s'il n'est jugé dans les deux ans de la date de l'arrêt par lequel ledit conseil royal des finances aura ordonné le renvoi au conseil des prises, sans que l'instance puisse être perpétuée par aucun moyen. 23. Le secrétaire d'état ayant le département de la marine rapportera seul audit conseil royal les affaires qui y seront portées par appel, ainsi que les oppositions ou les incidents qui pourront s'y présenter: et seront par lui expédiés en commandement les arrêts qui y seront rendus au sujet desdites prises. 24. Veut au surplus S. M. que les ordonnances, arrêts et réglements sur le fait des prises soient exécutés pour tout ce qui n'est pas contraire au présent réglement, lequel sera lu, publié et enregistré dans tous les siéges des amirautés.

## B. ARRÊTÉ PORTANT CRÉATION D'UN CONSEIL DES PRISES : DU 6 GERMINAL AN VIII.

1. Il y aura à Paris un conseil des prises; il siégera dans le local qui lui sera désigné. 2. Ce conseil connaîtra des contestations relatives à la validité et à l'invalidité des prises et à la qualité des bâtimens échoués ou naufragés. 3. Ce conseil sera présidé par un conseiller d'état, et composé, en outre, de huit membres. Il y aura de plus, un commissaire du gouvernement, un secrétaire et deux huissiers. 4. Les membres qui composent le conseil des prises, sont à la nomination du premier Consul. 5. Les décisions du conseil des prises devront être portées par 5 membres au moins. 6. En cas d'absence, maladie ou empêchement du commissaire du gouvernement, il sera suppléé par l'un des membres au choix du Président. 7. Le traitement des membres du conseil des prises sera de 10,000 francs par an, pour chacun d'eux: celui du commissaire du gouvernement, de 15,000 francs; celui du secrétaire, de 10,000 francs, en y comprenant tous les frais de commis et fournitures; et celui des huissiers, de 1,500 francs. 8. L'officier d'administration de la marine du port, dans lequel les prises maritimes seront amenées, ou le plus voisin de la côte où un navire ennemi ou neutre aura péri ou échoué, sera chargé: 1o. de l'apposition et de la vérification des scellés à bord des bâtimens capturés, soit par les vaisseaux de l'état, soit par les corsaires; 2o. de la réception et de l'affirmation des rapports et déclarations, de l'audition des témoins, de l'inventaire des pièces de bord, et de l'instruction; 3o. de tout ce qui a rapport aux bris, naufrage et échouement des bâtimens ennemis ou neutres. Il sera assisté, pour tous ces actes, du principal préposé des douanes, et appellera en outre, à ceux relatifs aux prises, un fondé de pouvoir des équipages capteurs. 9. Lorsqu'il résultera de l'instruction faite en vertu de l'article précédent, que le bâtiment aura été pris sous pavillon ennemi, ou qu'il est évidemment ennemi, et que, dans le délai d'une décade après cette instruction, il n'y aura point eu de réclamation

dûment notifiée à l'officier d'administration, qui sera tenu d'en donner un reçu, il sera statué sur la validité de la prise. Pour cet effet, l'officier d'administration s'adjoindra l'officier chargé, dans le même port, des fonctions de contrôleur de la marine, et le commissaire de l'inscription maritime; leur décision sera portée à la pluralité des voix. L'officier d'administration enverra une expédition de cette décision au secrétariat du conseil des prises 10. Si la prise est conduite dans un port où l'officier d'administration ne puisse s'adjoindre les deux autres individus, il enverra son instruction et les pièces de bord dans le port le plus voisin où se trouveront les 3 personnes désignées par l'art. précéd. pour prononcer sur la prise. 11. Lorsqu'il aura été porté une décision qui déclarera le bâtiment de bonne prise; si cette décision ne donne lieu, pendant le délai d'une décade, à aucune réclamation dans la forme prescrite par l'art. 9, il sera procédé à la vente, ainsi qu'il est porté en l'art. 14 ci-après. 12. S'il y a une réclamation dans l'un des cas prévus par les art. 9 et 11, ou si la prise n'a pas été faite sous pavillon ennemi, ou n'est pas trouvée évidemment ennemie, ou si enfin le jugement porté en l'art 10 ne prononce pas la validité de la prise, l'officier d'administration enverra, dans le délai d'une décade, au secrétariat du conseil des prises, tous les actes par lui faits, et toutes les pièces trouvées à bord. 13. L'instruction se fera devant le conseil des prises, sur simples mémoires respectivement communiqués par la voie du secrétariat, aux parties ou à leurs défenseurs, qui justifieront préalablement de leurs droits et de leurs pouvoirs. Les délais pour cette instruction de pourront excéder 3 mois pour les prises conduites dans les ports de la Méditerranée, et 2 mois seulement pour les autres ports de France; le tout à compter du jour où les pièces auront été remises au secrétariat du conseil des prises. Les conclusions du commissaire du gouvernement seront toujours données par écrit. 14. Les décisions du conseil des prises seront exécutées à la diligence des parties intéressées, mais avec le concours et la présence, 1o. de l'officier d'administration de la marine: 2o. du principal préposé des douanes; 3o. d'un fondé de pouvoir des équipages capteurs.

15. Dans le cas où, conformément aux lois existantes, la vente provisoire des marchandises en tout ou en partie, et même celle du bâtiment, devra avoir lieu, elle sera ordonnée par l'officier d'administration de la marine après avoir appelé et le principal préposé des douanes et le fondé de pouvoir des équipages capteurs. Le produit de ces ventes sera provisoirement déposé dans la caisse des invalides de la marine. 16. Le conseil d'administration des ports sera exclusivement chargé der liquidations, tant générales que particulières, des prises faites par les bâtimens de l'Etat. Les contestations sur ces liquidations seront portées au ministre de la marine. 17. Les liquidations, tant générales que particulières, des prises amenées par les corsaires seuls, ainsi que les contestations qui pourront s'élever sur ces liquidations, seront jugées dans la forme ordinaire. 18. Les liquidations des prises faites concurremment par des bâtimens de l'Etat et des corsaires, ainsi que les contestations qui pourront s'élever sur la part revenant à chacun, seront jugées comme celles en l'art 16. Les liquidations et les contestations subsidiaires entre l'armateur du corsaire et les intéressés, rentreront dans les dispositions de l'art. 17. 19. Lorsque des prises seront conduites dans les ports des colonies françaises, ou lorsqu'un bâtiment ennemi ou neutre échouera ou fera naufrage sur les côtes desdites colonies, il sera procédé conformément aux art. 8, 9, 10, 11 et 15 du présent réglement. 20. Dans tous les cas prévus par l'art. 12. l'officier d'administration des colonies remettra, dans le plus bref délai, à l'ordonnateur de la marine, chaque instruction et toutes les pièces relatives aux prises, ainsi que celles concernant les bris, naufrages et échouemens : l'ordonnateur adressera le tout au ministre de la marine, pour le faire parvenir au secrétariat du conseil des prises. Et attendu que les pièces originales pourraient ête perdues, l'officier d'administration sera obligé de garder des copies collationnées desdites pièces originales. 21. Pourront néanmoins les agens particuliers et en chef du gouvernement dans les colonies, et, à leur défaut, le commandant en chef et l'ordonnateur ou principal officier d'administration de la marine, dans le cas des réclamations indiquées dans les art. 9 et 10, et même lorsqu'il s'agira de prises faites

sous pavillon neutre, ordonner sur le vu de l'instruction, qu'il sera statué sur la validité de la prise, conformément aux art. 9 et 10, et ordonner ensuite l'exécution provisoire de la décision; mais, à l'égard des prises faites sous pavillon neutre, l'exécution provisoire ne pourra avoir lieu que sur la demande expresse de l'une des parties, et à la charge par elle de donner bonne et suffisante caution, qui sera agréée par l'ordonnateur et reçue par l'officier d'administration de la marine, et, en outre de demeurer responsable des dommages-intérêts. 22. Chacun des art. 16, 17 et 18, s'appliquera, selon les cas, aux liquidations, tant particulières que générales, qui seront faites dans les colonies. 23. Lorsque des prises seront conduites, dans des ports étrangers, les commissaires des relations commerciales se conformeront exactement aux traités conclus entre la France et les puissances chez lesquelles ces commissaires seront établis, et aux instructions du gouvernement. Et dans le cas où le présent réglement pourra y recevoir son exécution, ils rempliront toutes les fonctions dont il charge l'officier d'administration des ports de la République, en se faisant assister de deux assesseurs, choisis, s'il est possible, parmi les citoyens français immatriculés et établis dans le lieu de la résidence de ces commissaires. 24. Ils enverront, comme il est porté en l'art 20 ci-dessus pour les colonies, l'instruction de la prise, et toutes les pièces devant servir à faire prononcer sur la validité, au ministre de la marine, pour les transmettre au conseil des prises, et en garderont des copies collationnées. 25. Si la prise est déclarée valable par le conseil des prises, le concours des commissaires des relations commerciales sera nécessaire pour les actes relatifs à l'exécution de la décision, et ils se feront assister comme il est porté en l'art. 23. 26. Les commissaires des relations commerciales seront tenus de faire passer directement au ministre de la marine, toutes les pièces qui devront servir à la liquidation des prises, qui auront été faites par les bâtiments de l'Etat seuls, ou concurremment par les bâtiments de l'Etat et par les corsaires, pour que le ministre les envoie au conseil d'administration du port où le bâtiment de l'Etat aura été armé. 27. En conformité de la loi du 26 ventôse dernier, le ministre de la

justice, le ministre de la marine et des colonies, et celui des relations extérieures, donneront, dans le plus bref délai les ordres nécessaires pour que toutes les procédures de prises actuellement pendantes dans les divers tribunaux ou devant les commissaires aux relations commerciales, leur soient adressées; ils les feront remettre au secrétariat du conseil des prises.

28. Le gouvernement déterminera l'époque à laquelle le conseil des prises devra cesser ses fonctions. 29. Toutes les dispositions contraires au présent réglement, cesseront d'avoir aucun effet. 30. Le ministre de la marine et des colonies, le ministre des relations extérieures et le ministre de la justice veilleront, chacun en ce qui le concerne, à l'exécution du présent réglement, qui sera inséré au Bulletin des lois.

# THESES.

I.

Mera alienandi voluntas non est justa causa ex qua traditio dominium conferat.

II.

Ad antinomiam tollendam quae est inter l. 4. § 21 D. de usucap. et l. ult. eod. tit., quae excogitaverunt nonnulli, scilicet, Paulum in l. ult. cogitasse de debitore, qui fiduciam cum creditore contraxit, stare non possunt. Sed apud veteres dissensus fuisse videtur.

III.

Possessio ex rei judicatae causa profecta titulum usucapionis non efficit.

IV.

L. 5 de naut. foen. ita esse restituendam putamus: »periculi pretium est, et si conditione quamvis poenali non exsistente, recepturus sis quod dederis, et insuper aliquid praeter pecuniam, si modo in aliam speciem non cadat: veluti ea, ex quibus condictiones nasci solent, ut si manumittas, si non illud facias, si non convaluero, et caetera."

V.

Commanditarius quod lucri nomine tributum acceperit, restituere non debet.

VI.

Art. 22 Cod. Merc. Gallici, qui sancit societatem mercatoriam conveniri posse si per *firmam* obligata est, praeferendum censemus articulo 17 Cod. Mercat. Batavi.

VII.

Si tota navis non interiit, nautae actionem habent in personam ex locato: sed illa actio non est in solidum.

VIII.

Art. 539 Cod. Merc. Bat., damni appellatione etiam continetur damnum indirectum.

IX.

Usufructuarius dominum cogere potest ut reparationes faciat illas quae indicantur art. 841 Cod. Civ.

X.

Neque hoc casu usufructuarius usuras solvere debet.

XI.

Recte ususfructus bonorum liberorum parentibus adimitur quum liberi annum aetatis 20 attigerint. Injuste *Malevillius* in art. 384 Cod. Nap. dicit: j'espère que cette fâcheuse disposition sera bientôt réformée."

XII.

Liberi in solidum tenentur ad alimenta parentibus praestanda.

XIII.

Recte legislator Gallicus a. 1832 in crimine incendii puniendo varias distinctiones introduxit, quum a. 434 Cod. Poen. iniquissime diversa confundat.

XIV.

Poena mortis statuta in eum, qui proprias aedes ha-

bitatas vel habitationi inservientes incendit, nimis severa videtur.

XV.

Ut infanticidium adsit, non necessario requiri videtur, infantem *fuisse* vitalem (viable).

XVI.

In art. 300 C. P. terminum statuere debebat legislator, quo elapso caedes infantis non amplius pro infanticidio haberetur. Terminus 3 dierum maxime videtur opportunus.

XVII.

Poena mortis statuta in matrem infanticidam nimis severa videtur.

XVIII.

Uti principis inaugurationi intersunt Ordines Regni Generales, sic et abdicatio in Comitiis facienda videtur.

XIX.

Non uno Codicis Quaestionum Criminalium loco minus bene prospectum est libertati singulorum civium, omissa

poenali sanctione qua et judices et actores publici ad strictam legis observationem inducantur.

XX.

Appellatio et in causis criminalibus indulgenda videtur.